

INCIPIT
CÆREMONIALE
FRATRVM ORDINIS
Sanctissimæ Trinitatis, & Redem-
ptionis Captiuorum, Prouinciæ
Portugallia.

3

Res 3
27/33




Cum facultate S. Inquisitionis, & Ordinarij.

INCIPIIT
CEREMONIALIS
PLATV MORDINIS
Sancissimae Trinitatis & Indivisi-
bilis Capitulorum Provinciae
Portugalliae




Com Sacerdote & Indivisi-
bilis & Ordinaris



EPIGRAMMA.

Quos Sacer Ordo colit, coluitq; ab origine ritus,
Hos docet istud opus, quod tua dextra tenet.
Hoc Chorus obseruet, sunt dum festa per annum:
Psallens. & recitans, hoc ferat ante oculos.
Si que alia hinc desunt, lux altera prouehet illa
Romani interea dogmata moris habe.



EPICRAMMA.

Romani interea domusq; moris habe
Istius alla hic delectat lux astra proceris illa
Pallens & restans hoc fecit ante oculos.
Hoc Chorus est tunc, hunc dem solis per annos
Hos docet istud quicquid in aetheris tenet.
Quae sacrae Ordo colit: colunt: ab origine ritus

Caput Primum De Forma generalis Absolutionis.



ABSOLVTIO GENERALIS fieri debet, die Beatae Catharinae Virginis, & martyris: feria quarta Cinerum, & feria quinta in Coena Domini. Hanc absolutionem faciat Pater Prouincialis, & in eius absentia, Minister.

Quando Prælatus exierit à Sacristia in Capellam maiorem, ad faciendam absolutionem, hoc Ordine debet incedere: præcedant Acolythi sine candelabris, deinde Religiosi omnes suis Cappis albis induti, processionaliter pergant, & in fine processionis, Prælatus subsequatur cum Diacono, & Subdiacono in albis (absq; Pluuiiali, & Dalmaticis)

Cæremonialis.

cum Manipulis, & Stolis violacei coloris.

3 Cum verò ad Capellam maiorem peruenerint eodẽ seruato ordine, hinc, inde, omnes sint genibus flexis: Prælatus autem cū ministris eodem modo sit genibus flexis ante scabellum tapete ornatum, quod ibi erit in medio Altaris prope gradus ipsius, & statim voce aliquantulum eleuata incipiat Antiphonam. Intret oratio mea. Et statim Cantor maior incipiat conuenienti voce, Psalmum, Domine ne in furore tuo arguas me, quem Conuentus, cum reliquis Poenitentialibus, alternatim vsque ad finem prosequatur, singulos finiens cum Gloria Patri, &c. (excepto die in Coena Domini, in quo non dicitur Gloria Patri, &c.)

4 In His finitis, Prælatus protinus incipiat eandem Antiphonam: Intret oratio mea: & Conuentus prosequatur,

tur, In conspectu tuo Domine, inclina aurem tuam ad preces nostras: Parce Domine, parce populo tuo, quem redimisti sanguine tuo pretioso, ne in æternum irascaris nobis. Et Prælatus dicat Kyrie eleison, & Conuentus respondeat Christe eleison: Kyrie eleison, & illico Prælatus surgat, & vadat cum ministris ad dexterum cornu altaris, vbi ipsi ministri Pluuiiale violaceum (quod iuxta idem cornu appositum esse debet) eidem Prælato induant, ad eundemque locum, vnde exierunt rursus vadant, ibidemque sint genibus flexis: Prælatus tamen stans in dicto cornu dextero versus altare clara voce dicat, Paternoster, & à Conuentu secreto recitetur: quo finito, dicat Prælatus, Et ne nos inducas in tentationem, similiter eleuata voce, & cætera, quæ subsequuntur: quibus Conuentus genibus flexis, plenè respondeat.

Ceremonialis.

5 Vers. Saluos fac seruos tuos.

Resp. Deus meus sperantes inte.

Vers. Mitte eis Domine auxilium

de sancto. Res. Et de Sion tuere eos.

Vers. Esto eis Domine turris forti-

tudinis. Resp. A facie inimici. *V. 11.*

Nihil proficiat inimicus in eis. Res.

Et filius iniquitatis nō arponat no-

cere eis: Vers. Domine exaudi ora-

tionē meā. Res. Et clamor meus ad

reueniat. Vers. Dominus vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

¶ Adesto Domine supplicationibus

nostris, & me (qui etiam misericor-

dia tua primus indigeo) clementer

exaudi: & quem non electione me-

riti, sed dono gratiæ tuæ, operis tui

Ministrum constituisti, da fiduciam

tui operis exequendi, et in meo Mi-

nisterio, quod tuæ pietatis est, ope-

rare. Per Christum Dominum no-

strum. Resp. Amē. Oremus. ¶ Exau-

di Domine preces nostras, & confi-

tentium tibi parce peccatis, vt quos

con-

conscientiæ reatus accusat, indulgentia tuæ pietatis absoluat. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen. Oremus. ¶ Præueniat hos famulos tuos, quæsumus Domine, misericordia tua, vt omnes iniquitates eorum celeri indulgentia deleantur. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen. Oremus. ¶ Præsta, quæsumus Domine, his famulis tuis dignum poenitentiæ fructum, vt Ecclesiæ tuæ Sanctæ, à cuius integritate deuiarunt peccando, commissorum reddantur innoxij, veniã consequendo. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amē. Oremus. ¶ Adesto Domine supplicationibus nostris, nec sit ab his famulis tuis clementiæ tuæ lóginqua miseratio, sana, eorumque remitte peccata, vt nullis iniquitatibus à te separati, tibi Domino semper valeant adhærere. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen. Oremus. ¶ Domine

Caeremonialis

Deus noster, qui offensione nostra irasceris, sed satisfactione placaris, respice quæsumus, super hos famulos tuos, qui se tibi grauius peccasse confitentur, tuum est absolutionem criminum dare, & veniam prestare peccantibus, qui dixisti, poenitentiam te malle peccatorum, quam mortem: concede ergo Domine his, vt tibi poenitentia excubias celebrent, & correctis actibus suis, conferri sibi à te sempiterna gaudia, gratulentur. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Oremus. ¶ Deus humani generis benignissime conditor, & misericordissime reformator, qui hominem inuidia Diaboli ab æternitate deiectum, Vnici Filij tui sanguine redemisti, viuifica hos famulos tuos, quos tibi nullatenus mori desideras: & qui nõ derelinquis deuios, assume correctos. Per Christum

Do

Resp. Amen. Oremus. ¶ Deus

Deus

Aus

Dominum nostrum. Resp. Amen.

Oremus. ¶ Moueant pietatem
tuam, quaesumus, Domine, hæc
famulorum tuorum lachrymosa su-
spira: tu eorum medere vulneri-
bus, tu iacentibus manum porri-
ge saluarem, ne Ecclesia tua ali-
qua sui corporis portione vastetur:
ne grex tuus detrimētum sustineat:
ne de familiae tuæ damno, inimi-
cus exulter: ne renatos lauacro
salutari, mors secunda possideat.

Per Christum Dominum nostrum.

Respond. Amen. Oremus. ¶ Tibi

ergo Domine supplices preces cum
fletu cordis effundimus: tu parce
confitentibus: vt sic in hac mor-
talitate peccata sua, te adiuuan-
te, desceant, quatenus in tremen-
di iudicij die, sententiam æterna
damnationis euadant: & nesciant,
quod terret in tenebris, quod stri-
det in flammis, atque ab erroribus

ad

Cæremonialis.

aditer reuersi iustitiæ, nequaquam
vulneribus saucientur: sed integrū
fit eis, atque perpetuum, quod gra-
tia contulit, & quod misericordia
reformauit. Per Christum Dominū
nostrum. Resp. Amen.

*¶ In sequenti oratione non dicitur,
Oremus.*

- 6 Et Prælati versus populū eā pro-
ferat altiori voce, & maiori cū pau-
satione, & distinctione: & dum hanc
profert orationem, vnus Acolythus
genibus flexis ante ipsum Prælatum
ad apertum librū teneat, quæ quan-
diu dicitur omnes Religiosi humili-
ter prostrati iaceāt. ¶ Dominus no-
ster Iesus Christus, qui Beato Petro
Apostolo dedit licentiam, animas
ligandi, atque soluēdi, ille vos absol-
uat ab omni vinculo delictorum, &
in quantum meæ fragilitati permit-
titur, sitis absoluti, ante tribunal Do-
mini nostri Iesu Christi, habeatisq;
vitam

vitam æternam, & viuatis in sæcula
 sæculorum. Resp. Amen.

¶ Caput Secundum. De forma Absolu-
 tionis plenaria in articulo mor-
 tis.



Misereatur tui Omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis tuis perducatur te ad vitam æternam. Amen. Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus. Amen. Dominus Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate sua, & Apostolorum eius Petri, & Pauli, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ in hac parte tibi concessa, in quantum possum, debeo, & mihi permittitur, te absoluo, ab omni sententia excommunicationis maioris, vel

Ceremonialis

vel minoris, & à participatione ex-
communicatorum, & restituo te
vnitati fidelium, & Sacramentis
Ecclesiæ. Item eadem auctori-
tate ego te absoluo ab omnibus
peccatis tuis, & à poenis, tibi in Pur-
gatorio debitis propter culpas, &
offensas, quas contra Deum com-
misisti, & restituo te illi innocentia,
in qua eras, quando baptizatus (vel
baptizata) fuisti. In nomine Patris, ✠
& Filij ✠, & Spiritus Sancti ✠.
Amen.

¶ Caput Tertium. De Forma Absolu- tionis maioris Ministri, seu Ge- neralis, vel Prouincialis.



Acta cōfessione, di-
cat absoluens, Mi-
serereatur tui omni-
potens Deus, & di-
missis omnibus pec-
catis tuis perducatur

te ad vitā æternam. Amē. Indulgentiam absolutionem, & remissionem omnium peccatorū tuorum tribuat tibi omnipotēs, & misericors Dominus, Amen. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate eius, & auctoritate Patris Generalis, vel Prouincialis, qua fungor in hac parte tibi concessa, & mihi commissa: absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, ad eum pertinentis, quam incurristi, & à participatione cum excommunicatis, si teneris, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ, si necesse est. Iterū te absoluo ab istis & ab alijs peccatis tuis mortalibus, & venialibus mihi confessis, & oblitis, cum circūstantijs eorum, de quibus possum te absoluerē, & quorum absolutio ad dictum Patrem Generalem, vel Prouincialem, pertinet. In nomine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus Sancti ✠, Amen.

¶ *Caput Quartum. De Forma absoluendi pro illis qui habent indulgentiã eligendi sibi semel tantum confessorem, qui eos absoluat ab omni casu, etiam pertinente ad Papam.*

Dominus noster Iesus Christus, te absoluat, & ego auctoritate ipsius, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & Summi Pontificis, mihi commissa, & tibi in hac vice concessa, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris: vel à sententia, suspensionis, & interdicti, etiam ad Dominum Papam pertinentis, & dispenso tecum in omni irregularitate, si quam incurristi, & restituo te unioni, & participationi fidelium,
nec

ne non sanctis Sacramentis Eccle-
 siæ. Iterum te absoluo ab omnibus
 peccatis tuis cum circumstantijs eo-
 rum, quanuis eorum absolutio sit
 Apostolicæ Sedi reseruata, quomo-
 do unque, vel qualitercunq; of-
 fendisti Creatorem tuum, animam
 tuam, proximum tuum, & Regulam
 tuam. In nomine Patris ✠, et Filij ✠,
 et Spiritus Sancti ✠, Amen.

Caput Quintum. De Forma Absol-
 uendi à minori Excommunica-
 tione.



Absoluimus te à vincu-
 lo excommunicatio-
 nis huius, quam con-
 fessus es, et ab alia, si
 teneris, in quantum
 possumus, et debe-
 mus, et restituimus te Ecclesiasticis
 Sacramentis. In nomine Patris ✠,

Cœremonialis.

& Filij ✠, & Spiritus Sancti ✠, Amē.

Caput Sextum. De Forma Absoluendi excommunicatum ab excommunicatione maiori.



Absoluens primò faciat excomunicatū iurare, stare semper subiectum præceptis Sanctæ matris Ecclesiæ, & suorum Prælatorū, neque vnquam excommunicationem contemnere, & cum virga, fune, aut flagello, percutiat dorsum absoluēdi, dicendo Psalmū Miserere mei Deus totum. Postea, absoluens incipiat clara voce, Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster, &c. quæ subsequitur, quibus assistentes plenè respondeāt. Vers. Et me nos inducas in tentationē. Res. Sed libera nos à malo,

Io, Amen. *Vers.* Saluum fac seruum
tuum, *Resp.* Deus meus sperantem
in te. *Vers.* Domine exaudi oratio-
nē meā. *Resp.* Et clamor meus ad te
veniat. *Vers.* Dominus vobiscū. *Res.*
Et cū spiritu tuo. *Orem.* ¶ Deus, cui
propriū est misereri semper, & par-
cere, suscipe deprecationē nostrā,
& hūc famulū tuū, quē sentētia ex-
cōmunicationis ligat, miseratio tuā
pietatis absoluat. Per Christum Do-
minū nostrū. *Res.* Amen. Dominus
noster Iesus Christus te absoluat, &
ego auctoritate ipsius, & Beatorum
Apostolorum Petri, & Pauli, mihi cō-
missa, & tibi concessa, te absoluo ab
hac sententia excommunicationis,
quam incurristi, & ab omni alia, in
quantum possum & debeo: & te re-
stituo Sanctis Sacramentis Ecele-
siæ, & communioni fidelium. In no-
mine Patris ✠, & Filij ✠, & Spiri-
tus Sancti ✠, Amen.

¶ Caput Septimum. De Forma ordinaria absoluendi à peccatis.



OST Iniunctam pœnitentiam confessor sic absoluat. Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis omnibus peccatis tuis perducatur te ad vitam æternā, Amē. Indulgentiā absolutionem, et remissionē omnium peccatorum tuorū, tribuat tibi omnipotens, et misericors Dominus, Amen. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, et ego auctoritate ipsius te absoluo à peccatis tuis. In nomine Patris ✠, et Filij ✠, et Spiritus Sancti ✠, Amē. Passio Domini nostri Iesu Christi, et merita Beatæ Mariæ Virginis, et omnium Sanctorum, et quidquid boni feceris, et mali sustinueris sint tibi

tibi in remissionem peccatorum, in
augmētum gratiæ, et præmium vi-
tæ æternæ, Amen.

¶ *Caput Octauum. De Forma reci-
piendi Nouitij.*

Postquā Nouitius
(iuxta nostra Sta-
tuta) ad habitum
fuerit admissus, cō-
gregatis omnibus
fratribus in Capi-
tulo, et Ministro Superpelliceo et
Stola induto, Recipiendus ad dictū
Capitulum veniat cum suo Magi-
stro, et coram Prælato sit genibus
flexis.

Protinus Prælatus (habito prius 2
breui quodam spirituali sermone)
cum interroget, an sit coniugatus,
seruus, vel alterius professionis, aut
rationibus obligatus, an occultam

Cæremonia

habeat infirmitatem, vel contagio sit infectus, an sit nouiter conuersus ad fidem, vel descendens à patre, matre, auo, vel auia ad fidem conuersis, & an sit vehementer suspectus in fide, vel an eius prædecessores, per lineam rectam, aut frater, soror vè, vel quilibet patruus auunculus, aut amita, ob Hæresis crimen incarcerationi, & puniti fuerint, ab Hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, ita quòd abiurauerint de vehementi. Item an sit Hæbreo, vel Sarraceno sanguine maculatus, an legitimo thoro natus, vel monstruosus, vel mentecaptus, aut homicida: & idem Prælatus iubeat Scribæ Conuentus, vt caput decimum sextum libri primi nostrarum Constitutionum voce clara, & intelligibili, illi, in præsentia Fratrum legat, & post hæc, si talis recipiendus, ab omnibus supradietis se liberum & immunem esse affirmauerit, pro-

tinus

vinus Minuter benedicat Scapularium, positum ante eum in scamno simul cum Cuculla in hunc modum.

Verf. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Res. Qui fecit coelum, & terram. Verf. Sit nomen Domini benedictum. Resp. Ex hoc, nunc, & vsq; in saeculum. Verf. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Ver. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus. ¶ Domine Iesu Christe, qui tegimen nostrae mortalitatis induere dignatus es; obsecramus tuae largitatis abundantiam, vt hoc genus vestimenti, quod Sancti Patres ad innocentiae, & humilitatis inditiu abrenuntiantes huic saeculo, ferre sanxerunt, ita bene & dicere, & sancti & ficare digneris, vt hic famulus tuus, qui hoc in saeculo vsus fuerit indumento, te induere mereatur. Qui viuis & regnas cum Deo Patre,

in vnitate Spiritus Sancti, Deus per
omnia sæcula sæculorum, Resp.
Amen.

4 Deinde Prælati tollens à Reci-
piendo sæculare vestimentum, di-
cat, Exuat te Deus veterem homi-
nem cum omnibus actibus suis. Resp.
Amen. Post hæc induens ei, Ordinis
vestimenta dicat. Induat te Domi-
nus nouum hominem, qui secundum
Deum, creatus est, in iustitia, et san-
ctitate veritatis, dicatq; protinus, Ky-
rie eleison, et Conuentus prosequa-
tur, Christe eleison, kyrie eleison,
rursus dicat Prælati clara voce Pa-
ter noster, et à Conuentu secreto
recitetur, quo finito, dicat Prælati
similiter eleuata voce, Et ne nos in-
ducas in tentationem, et cætera, quæ
subsequuntur, quibus Conuentus
plenè respondeat. Vers. Saluum fac
seruum tuum. Resp. Deus meus spe-
rantem in te. Vers. Mitte ei Domine
auxilium de sancto. Ref. Et de Sion

tueri

tuere eū. Veri. Esto ei Domine tur-
ris Fortitudinis. Res. A facie inimici,
Vers. Nihil proficiat inimicus in eo.
Resp. Et Filius iniquitatis non appo-
nat nocere ei. Vers. Benedicamus
Patrem, & Filium cum Sancto Spiri-
tu. Resp. Laudemus, & superexalte-
mus eum in sæcula. Vers. Domine
exaudi orationem meam. Resp. Et
clamor meus ad te veniat. Vers. Do-
minus vobiscum. Resp. Et cum spi-
ritu tuo. Oremus. ¶ Adesto Domi-
ne supplicationibus nostris, & hunc
famulum tuum, bene & dicere di-
gneris, cui in tuo nomine habitum
Religionis imponimus, vt te largiē-
te, & deuotus, in Ordine persistat, &
vitam consequi mereatur sempit-
ternam. Per Christum Dominum no-
strum. Resp. Amen. Oremus. ¶ Om-
nipotens sempiterne Deus, qui de-
disti famulo tuo in confessione ve-
ræ fidei æternæ Trinitatis gloriam
agnoscere, & in potentia maiestatis

Cæremonialis.

adorare unitatem, quæ sumus, vt
eiusdem fidei firmitate, ab omnibus
semper muniatur aduersis. Per Chri-
stum Dominum nostrum. Resp. Amen.
Oremus. ¶ Prætere de Domine miseri-
cordiã tuã famulo tuo: dexteramq;
coelestis auxiliij, vt te toto corde
perquirat, & quæ digne postulat, af-
sequatur. Per Christum Dominum
nostrum. Res. Amen.

5 His finitis protinus Praelatus geni-
bus flexis incipiat hymnum. Veni
creator Spiritus, quem Conuentus
alternatim, etiã genibus flexis, vsq;
ad finem prosequatur. Veni crea-
tor spiritus, mentes tuorum visita,
imple superna gratia, quæ tu crea-
sti pectora. Qui Paracletus diceris,
Donum Dei altissimi, Fons viuus,
Ignis, Caritas, & spiritualis Vnctio.
Tu septiformis munere, dexterae Dei
tu digitus, tu ritè promissum Patris,
feruore ditans guttura. Accende
lumen sensibus, infunde amorem

cordibus, infirma nostri corporis,
virtute, firmans perpeti. Hostem re-
pellas longius, pacemq; dones pro-
tinus, ductore sic te præuio, vitemus
omne noxium. Per te sciamus, da,
Patrem, noscamus, atque Filium, te
vtriusque Spiritum, credamus omni
tempore. Gloria Patri Domino, na-
toque, qui a mortuis, surrexit, ac Pa-
raeieto, in sæculorum sæcula. Amen.
Quo finito Prælatus dicat. Ver. Emit-
te Spiritum tuum, & creabitur. Et
Conuentus respondeat: Et renoua-
bis faciem terræ. Et Prælatus stans
dicat. Oremus. ¶ Deus, qui corda fi-
deliū, Sancti Spiritus illustratione do-
cuisti: da famulo tuo, in eodem Spi-
ritu recta sapere, & de eius semper
consolatione gaudere. Per Dominū
nostrum Iesum Christū filium tuū,
qui tecum viuit, & regnat in vnita-
te eiusdem Spiritus Sancti Deus,
per omnia sæcula sæculorum. Resp.
Amen.

Cæremonialis.

6 His peractis omnes surgant, & Sacerdotes in suis locis sedeant, Nouitius verò genibus flexis Prælati manum de osculetur, quem idem Prælatus ibidem suo Magistro tradat, eumque Magister ad Patrem Provincialem (si adsit) deferat, vt eius manum de osculetur, ab ipsoque benedictionem accipiat, & postea ad Nouitiorum domum eundem deducat, vbi alicui fratri religioso, & exemplari ipsum commendat, vt eum in Cæremonijs Ordinis instruat. Vestarius autem omnes vestes sæculares prædicti nouitij diligenter custodiat, vsque ad professionem.

¶ *Caput Nonum. De Forma Professionis.*



Ostquã Nouitius (iuxta solitum morem) in Capitulo coram fratribus professionem

pe-

petierit, & per maiorem partē Vocalium eiusdem Capituli, (iuxta nostra Statuta) ad professionē admiffus fuerit, Prælatuſ eū accerſiri iubeat, & in Conuentuſ præſentia eū in hūc modum interroget.

Quæ eſt petitio tua Frater? cui ipſe **2**
genibus flexis reſpondeat. Dei miſericordiã, & veſtrã ſanctam Societate humiliter poſtulo. Cui Miniſter dicat. Dominuſ tibi cõcedat ſuã Piſſimam miſericordiam, & Electorum ſuorum Societatem. Reſ. Amen.

Et protinuſ eidem Nouitio noſtra decima ſexta Conſtitutio, libri primi, à Conuentuſ Scriba perlegatur, qua lecta, conſuetum terminum, quem ipſa Conſtitutio exigit, propria manu cum reliquis Capitularibus ſubſcribat. **3**

Deinde prædictuſ Prælatuſ, breui ſermone eum adhortetur, ad obſeruantiam trium Votorū eſſentialiū, ſcilicet, Obedientiæ, Paupertatiſ, **4**
tiſ,

Ceremonialis.

tis, & Castitatis, secundam nostram
Apostolicam Regulam, & huius Ordinis
Sacri Constitutiones, Religionisq;
asperitates illi proponat, eumq;
admoneat, vt ante professionem, de
peccatis suis confiteatur, & profes-
sionis die, prius quam se Deo votis
obliget, de manu celebrantis Mis-
sam maiorem Sacrosanctum Eucha-
ristiae Sacramentum deuote accipiat.
Quo etiam die Sacrista Sanctorum
reliquias in Altari maiori ponat.

- 5 Postquam integrum probationis annum
Novitius adimpleuerit, modoq; su-
pradieto, ad professionem admittus fue-
rit, statuto die Praelato, professionem
faciat. Finito Euangelio, ante praedicationem,
& recitationem Symboli,
omnes Religiosi suis cappis albis in-
duti, ad Capellam maiorem vadant. Et in
fine Couetus, Praelatus professionem
celebraturus pretioso Pluuiali indu-
tus subsequatur. Cum vero ad Capellam
maiorum peruenerint, omnes ordinatim,
suis

suis in locis genibus flexis sint, eo usque;
 Prælati signum surgendi faciat, tunc
 enim surgat, & ibidem stet, protinusque;
 Prælati ad dexterum cornu altaris
 prope partem Evangelij ascendant, ubi in
 preparato loco sedeat, iuxta quem
 debet esse scabellum tapete ornatum,
 in quo sit Scapularium benedicendum
 & Cappa alba cum Ephesibus,
 seu quod idem est, Murcis, & prope
 ipsum Ahenulum aquæ lustralis, & no-
 stri Ordinis Cœremoniale, statimque;
 sine mora novitiorum Magister sua
 Cappa alba indutus, novitium à Sa-
 cristia in Capellam maiorem ad profite-
 dum deferat, qui eodem modo vesti-
 tus vadat, quo Novitij communiter
 solent incedere, & ubi primum iuxta
 gradum altaris peruenierint, genua fle-
 ctant, finitaque; breui oratione surgant,
 & Novitius ibidem stans, ad sinistram Ma-
 gistri, voce elevata, sic sua vota emi-
 tat: iuxta tenorem Chirographi, quod
 afferre debet ab ipso subscriptum.

Ego

Cæremonialis.

6 **E** Go Frater N. Clericus (Subdiaconus, Diaconus, Presbyter) facio professionem & promitto Obedientiam, Paupertatem, & Castitatem Sanctissimæ Trinitati, & Beatæ Mariæ; & tibi P. Prouinciali N. (vel Ministro N.) vice R. P. N. Generalissimi. N. & successorum eius, secundum regulam, & Cõstitutiones fratrum Ordinis Sanctissimæ Triplicitatis, & Redẽptionis captiuorum, usque ad mortem.

7 **P**ost votorum emissionem, ad altare ascendat, & propè Sacrarium genua flectat, & statim surgat, professionisque Chirographum super altare, ante Sacrarium Deo offerat: deinde iterum genu flexo deosculetur Altare, & surgat, vadatque ad locum, vbi Prælatus sedet, & ibi sit genibus flexis, & Prælatus surgat, & decantãdo benedicat dictas vestes in scabello positas, easque aqua benedicta aspergat (eodẽ modo, quo

Sca-

Scapularium Nouitij in susceptione habitus benedixit,) ibidē etiam sit nouitiorum Magister, vt in exeūdis, & induendis vestibus Prælatum adiuuet. Prælatu Scapularium, & cucullam à Nouiter professo prius auferat, statimque illi benedictas vestes induat, dicens, Induat te Dominus nouum nomen, qui secundū Deum, creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis.

His per actis, Nouiter professus 8 surgens, & ante Prælatum se inclinans, veniat ad locum, vbi prius vota emisit, ibique stans, alta voce dicat versum. Suscipe me Domine secundū eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab spectatione mea. Et ter eundem versum proferat, in qualibetque vice, aliquantulum vocem magis eleuet, terque similiter se prosternat, in primis duabus vicibus, eo vsque Dominicam orationē secretò recitet, prostratus

Cc iaceat,

Cæremonialis.

iaceat, & in tertia tandem, vsque ad signum surgendi datum à Magistro: & dum sic procumbit, Prælatus incipiat Antiphonam decantare: Suscepimus Deus. Et Cantores incipiant Psalmum, Magnus Dominus & laudabilis nimis, quem Conuentus alternatim decantans prosequatur, vnà cum Psalmis, Miserere mei Deus, & Ecce quàm bonū, & quàm iucūdum, singuliq̃ue finiantur cum Gloria Patri, &c. Quibus finitis, Cætores incipiant Antiphonam decantare, Suscepimus Deus, & Chorus prosequatur, misericordiam tuam in medio templi tui.

9 His præhabitis, Prælatus dicat clara voce Kyrie eleison, & Conuentus prosequatur, Christeeleison, Kyrie eleison, Rursus Prælatus dicat, Pater noster, (et dum secretò recitatur, prostratum nouiter professum aqua benedicta ter aspergat) deinde dicat alta voce, Et ne nos indu-

cas in tentationem, et cæt. quæ subsequuntur: quibus Conuentus plenè respondeat. Vers. Saluum fac seruum tuum. Respond. Deus meus sperantem in te. Vers. Mitte ei Domine auxilium de sancto. Respond. Et de Sion tuere eum. Vers. Esto ei Domine turris fortitudinis. Resp. A facie inimici. Vers. Nihil proficiat inimicus in eo. Respond. Et filius iniquitatis non nocebit ei. Vers. Domine exaudi orationem meam. Respond. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Respon. Et cum spiritu tuo.

¶ In infra positis Orationibus, & in Versibus supra scriptis (si plures fuerint nouiter Professi) quod est in singulari, dicatur in plurali.

OREMVS.

Omnipotēs sempiternæ De⁹ miserere famulo tuo (famulis tuis) et dirige

Cc 2

eum,

Cœremonialis.

eum, (eos) secundum clementiam
tuam, in viam salutis æternæ, vt te
donante tibi placita cupiat (cupiât)
& tota virtute perficiat (perficiant.)
Per Christum Dominum nostrum.
Res. Amen. Oremus. ¶ Deus, qui re-
nuntiantibus sæculo, mansionem pa-
ras in Cœlo, dilata huius Cōgrega-
tionis temporale habitaculum cœ-
lestibus bonis, vt supernæ teneantur
compâge Charitatis, vnanimis cō-
tinentiæ præcepta custodiât, sobrij,
simplices, & quieti, datam sibi gra-
tiam fuisse cognoscant, concordet
vita illorum cum nomine: professio
censeatur in opere. Per Christum
Dominum nostrum. Res. Amen. Ore-
mus. ¶ Deus, qui non vis mortem
peccatoris, sed pœnitentiam, &
emendationem semper requiris,
misericordiam tuæ clementiæ sup-
pliciter imploramus, vt huic (his)
famulo tuo (famulis tuis) sæculari-
bus actibus, renuntianti (renuntian-
tibus)

tibus) largam tuæ pietatis gratiam
 cœlitus infundere digneris, quate-
 nus castris tuis insertus (inserti) tibi
 militando stadium vitæ præsentis
 ita percurrere valeat (valeant) vt
 brauiũ æternæ remunerationis acci-
 piat (accipiant.) Per Christum Do-
 minum nostrum. Resp. Amen.

His finitis, Prælatus genua flectēs 10
 incipiat decantare Hymnum. Veni
 creator Spiritus. Statimque surgat,
 & ipsum Chorus prosequatur: quo
 finito, Cantores decantent versum.
 Emitte spiritum tuum, & creabitur
 (& creabuntur) & Chorus respon-
 deat. Et renouabis faciem terræ. Et
 Prælatus dicat. Oremus. ¶ Deus,
 qui corda fidelium Sancti Spiritus
 illustratione docuisti, da famulo tuo
 (famulis tuis) in eodem spiritu recta
 sapere, & de eius semper consola-
 tione gaudere. Per Christum Domi-
 num nostrum. Res. Amen. Oremus.

¶ Domine Iesu Christe, qui es via,

Cæremonialis

sine qua nemo venit ad Patrem,
quæ sumus benignissimam clemen-
tiam tuam, vt hunc famulum tuum
(hos famulos tuos) à carnalibus
desiderijs, abstractum, (abstractos)
per iter Regularis disciplinæ dedu-
cas: & qui peccatores vocare dig-
natus es, dicens: Venite ad me om-
nes, qui laboratis & onerati estis,
& ego reficiam vos, præsta, vt hæc
vox inuitationis tuæ, ita in eo (in
eis) conualescat, quatenus onera
peccatorum deponens (deponen-
tes,) & quam dulcis es, gustans (gu-
stantes) tua refectioe satiari me-
reatur, (mereantur:) & sicut atte-
stari de tuis ouibus dignatus es, ag-
nosce eum (eos) inter oues tuas, &
ipse (ipsi) te ita agnoscat, (agno-
scant) vt alienum non sequatur (se-
quantur) sed te: neque audiat (au-
diant) vocem alienorum, sed tuam:
qui dicis, qui mihi ministrat, me se-
quatur. Qui viuis, & regnas cum
Deo

Deo Patre in vnitate Spiritus Sancti
Deus, Per omnia sæcula sæculorū.
Resp. Amen.

His peractis, Prælati sedeat, & II
Magister Nouitiorum nouo profes-
so signum surgendi faciat, qui sur-
gens se profundè ante Sacrarium
inclinat, & ad Prælatum vadat, eius-
que manum genibus flexis deoscu-
letur, deinde idem faciat benedi-
ctionem accipiens à celebrante Mis-
sam, humiliterque Diaconum, &
Subdiaconum amplectatur: & illicò
ad suum Magistrum accedat, geni-
busque flexis eius manum oscule-
tur, qui statim professum deferat
ad amplectendum suo ordine sin-
gulos Religiosos ibidem assistentes,
interimque organa pulsentur.

Post hæc protinus Conuentus 12
& Prælati eodem, quo venerunt
ordine, in Chorum reuertantur,
sed Prælati manens in Sacristia
Sacra vestimenta exuat. Modus

Cæremonialis.

introcundi Cõuentus in Capellam
maiores, & ab ea exeūdi, talis sem
per erit, scilicet, bini, & bini (prius iu
niõres, deinde seniores) in medio
eiusdem Capellæ, propè vltimū al-
taris gradum genua flectant, protin-
usque se erigētes versa facievnius
ad alterum, demissis oculis, cum si-
lento, & religione simul reuertan-
tur.

Caput Decimum. De forma Literarum Fratrum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis.



ILECT

ad
modū in Chri-
sto

Nos
Prouincialis, & Vicarius Generalis
Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, &
Re-

Redemptionis Captiuorum, in Portugallia, & Algarbiorum Regnis, salutē in Domino sempiternā. Quoniam nos rebus temporalibus destituti, nostrorum benefactorū deuotioni satisfacere non possumus, nisi honorum spiritualium participatione, quæ Sanctissima Trinitas sua miseratione, in hoc suo Sacro Ordine diuinitus operatur. Ideò de singulari uestra deuotione certiores facti, quam erga hunc Ordinem, & eius habitum exhibetis, uestris optatis satisfacere cupientes, ex nostri Officij potestate, in quantū nobis Apostolica auctoritate conceditur, vos ad nostri Ordinis fraternitatem recipimus, conferentes, & communicantes omnes gratias, merita, & suffragia, quæ in eodem nostro Sacro Ordine comparantur, operum spiritualium, & corporalium, tam in uita, quàm in morte, concedentes integram participationē omnium Mis-

Ceremonialis.

farum, Officiorum, Psalmorū, Eleemosinarum, Ieiuniorum, Clausurarum, Abstinentiarum, Disciplinarū, Orationum, Vigiliarum, & laborum (quos huius Ordinis Religiosi in Redimendis Captiuis assidue perferūt) & denique omnium meritorum, quæ in dicto nostro Ordine acquiruntur.

2 Notumque vobis facimus, quod si Scapularium nostri Ordinis ab aliquo eius Prælato benedictū (etiam absque alicuius voti emissionem susceptum) detuleritis, vel si per has, aut similes patentes literas, ad eiusdem Ordinis Fraternitatem recepti fueritis, omnes & singulas indulgentias, ac peccatorum remissiones nostris Religiosis concessas comparabitis: suffragiorumque in nostris Monasterijs pro tempore factorum, participes efficiemini.

3 Si verò deuotionis feruore ducti in nostri Ordinis habitu è vita discesseritis,

seritis, vel in Ecclesijs dicti Ordinis, cum ab hoc sæculo migraueritis, vestra corpora ordinaueritis sepeliri, Indulgentiam plenariam consequemini.

Si autem nostrorum Monasterio-⁴rum Ecclesias visitaueritis, omnes indulgentias cōparabitis, quas consequuntur, qui Ecclesias intra, & extra Romæ muros positas in iisdē diebus visitant.

At si de vestris bonis nostris Mo-⁵nasterijs aliquid erogaueritis, multas Indulgentias à diuersis Summis Pontificibus concessas obtinebitis.

Volumus etiam, quòd post obi-⁶tum vestrum, quotidie pro animabus vestris suffragia & orationes in nostris Domibus fiant, sicut pro fratribus, & benefactoribus nostris fieri solent. Datum in nostro Monasterio
sub
nostro signo, & Prouinciæ sigillo,
die.

Caput Vndecimū. De Forma Ora-
tionis Mentalis, & Deprecationū.



POST Pulsationem ad Orationem Mentalem, statim omnes Religiosi, in locum (qui Antechorus nominatur) conueniant, & facto signo à Prælato, cum silētio, & Religione suo Ordine in Chorum ingrediantur bini, & bini, primū iuniores, deinde seniores: & postquā profundē in medio Chori se inclinauerint, versa facie vnus ad alterum, ad sua loca vadant, vbi sint genibus flexis.

- 2 Omnibus sic congregatis Prælatus Lectori signum faciat, quo audito, Lector primæ Mæsæ eat ad Pulpitū, & deuotē materno sermone incipiat dicere. Em nome de nostro Se-
nhor

nhor Iesu Christo: & protinus ordinatim legat librum, qui inscribitur Contéptus mūdi, exponatq; prius libri nomen, & legendi Capituli titulum: deinde legat quo vsque Prælati finiendi signum faciat, & illico omnes mentaliter orent, diuinaque mysteria meditetur, et quæuis alia, quæ ipsorum animarum saluti, melius viderint expedire. Nullus interim vocaliter oret, neque per librum, vel per calculos precatorios, preces fundat.

Facto signo finiendi orationē mentalē, Hebdomadarius voce aliquātulum eleuata, in suo loco incipiat Antiphonam, Libera nos salua nos: et Chorus prosequatur, iustifica nos ò Beata Trinitas: et interim dictus Hebdomadarius vadat ad Pulpitum, et ibi stans dicat Versum, Benedicamus Patrē, et Filium, cum Sancto Spiritu, et Chorus respondeat. Laudemus et super exaltemus

Ceremonialis.

mus eum in sæcula, & statim Hebdomadarius stans dicat. Oremus: cum quinque sequentibus Orationibus.

- 4 Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in cōfessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem, quæsumus, vt eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur aduersis.
- 5 Cōcede nos famulos tuos, quæsumus Domine, Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsentis liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Loco huius Orationis à die Natiuitatis Domini, vsq; ad Purificationem inclusiuè dicitur sequens Oratio.
- 6 Deus, qui salutis æternæ Beatæ Mariæ virginitate sæcūda humano generi præmia præstitisti: tribue, quæ

quæsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

Deus omnium fidelium Pastor, 7
& Rector, famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice, da ei, quæsumus, verbo, & exemplo, quibus præest, proficere: vt ad vitam vnâ cum grege sibi credito perueniat sempiternam.

Quæsumus omnipotens Deus, vt 8
famulus tuus N. Rex noster, qui tua miseratione suscepit Regni gubernacula, virtutum etiâ omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, & vitiorum monstra deuitare, & ad te, qui via, veritas, & vita es, graciosus valeat peruenire.

Deus, à quo sancta desideria, recta 9
cōsilia, & iusta sunt opera: da seruis
tuis,

Cæremonialis

tuis, illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

10 His finitis, Hebdomadarius ad suum locum reuertatur, & lucernarij accendant lucernas, & ad latera Pulpiti hinc, inde, sint genibus flexis, quo usq; Prælatus signum discedendi à Choro faciat, quo audito, bini, & bini, in medio chori ordinatim se profundè inclinantes versa facie, vnus ad alterum sine strepitu, & cū silentio in Dormitoriū reuertantur.

11 Prædictus autem modus, introeundi, & exeundi semper obseruabitur, quando Conuentus in Chorum introierit, et ab eodē exierit.

12 In diebus vero, quibus Religiosi (iuxta nostra Statuta) in Choro disciplinam habere debēt, eam statim post prædictas orationes habeant,

more

more solito in nostro Ordine, & prout in Constitutione octaua, libri primi, §. 2. disponitur.

Tempore autem, quo Matutinae in prima nocte recitari debent, supra dicta mentalis oratio, modo exposito, habeatur, vbi primùm fratres in Chorum fuerint ingressi, Antiphona verò, Versus, et Orationes post Matutinas dicantur. 13

Caput Duodecimum. De Forma Professionis Fratris Laici.



Postquam Frater aliquis Laicus (secundùm nostra Statuta) ad professionem admissus fuerit, à Prælato admoneatur, vt statuto professionis die, de peccatis suis confiteatur, & in aliqua Missa priuata Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum

Cæremonialis.

accipiat, quo die congregatis fratribus in Capitulo, eundem ad Capitulū Prælatuſ, cum ſuo Magiſtro venire iubeat, vbi ſtatim frater laicus genibus flexis ante Prælatum materno ſermone profeſſionis Chirographum proferat: & poſtea illud eidem Prælato tradat, qui ſurgat, & ſine cantu benedicat veſtes, ibi in ſcabello poſitas, (vt dictum eſt ſupra Capite nono) eodemque modo ibi tradito, eas illi induat, & protinus Prælatuſ genua flectens incipiat ſine cantu Hymnum, Veni Creator Spirituſ, &c. quæ ſequuntur, dicantur ſine cantu, prout ſunt in Capitulo nono huius libri: poſthæc Prælatuſ ſedeat, & nouuſ profeſſuſ, ei긯 manuſ genibus flexis deoſculetur, deinde ſimiliter manuſ ſui Magiſtri de oſculetur, qui cum ſtatim deferat ad amplectendum ſuo ordine ſinguloſ Religioſoſ ibidem aſſiſtenteſ.

¶ *Caput Decimum tertium. De
 Modo ministrandi Sacramen-
 tum Eucharistiæ Religiosis.*



DIEBUS ad Com-
 munionem Fra-
 trum (iuxta no-
 stra Statuta) post-
 quã Chorus, Ag-
 nus Dei de can-

cantauerit, omnes fratres non Sa-
 cerdotes in Sacristiam cappis albis
 induti conueniãt, & inde cum suo
 Magistro processionaliter, & ordi-
 natim (vt moris est) præcedentibus
 Acolythis, & Thuriferario Super-
 pelliceis indutis, demissis oculis,
 grauitè & modestè, ac cū silètio, ad
 Capellã maiorẽ vadant, vel ad aliud
 altare, vbi Missa maior celebratur,

Dd 2

ibiq;

Cæremonialis.

ibi que sint genibus flexis, & vbi primum celebrans ad eos se verterit propè cornu Euangelij, incipiant prostrati generalem confessionem facere: Confiteor Deo, &c. Et ita iaceant vsque ad finem generalis absolutionis à Sacerdote factæ in hunc modû. Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis vestris perducatur vos ad vitam æternam. Resp. Amen. Indulgentiam, absolutionem & remissionem omnium peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens, & misericors Dominus. Resp. Amen.

2 Si verò Diaconus, & Subdiaconus non fuerint Presbyteri, (vel alter eorum) antequam Sacerdos ad faciendam generalem fratribus absolutionem se vertat, in superiori altaris gradu, genibus flexis sint ante Sacrarium.

3 Sacerdos facta absolutione generali ad altare se vertat: fratresq;
pro-

prostrati vultus suos eleuet: & acci-
piens celebrans Sacrosanctum Chri-
sti corpus super Calicem, illudque
ante pectus in manibus tenens fra-
tribus ostendat dicens, voce ali-
quantulum eleuata, clara, & distin-
cta. Ecce Agnus Dei, ecce, qui tol-
lit peccata mundi: similiterque ver-
sus eos bis proferat, Domine non
sum dignus, vt in tres sub tectum
meum, sed tantum dic verbo, & sana-
bitur anima mea, & semel deinde di-
cat, in manus tuas Domine comen-
do spiritum meum, redemisti me Do-
mine Deus veritatis.

Post hæc si Diaconus, & Subdia-
conus ibi sint ad communicandum
(vel alter eorum) Sacramentum Eucha-
ristiæ, facto signo Crucis ante os, sin-
gulis conferat dicens, Corpus Do-
mini nostri Iesu Christi custodiat
animam tuam in vitam æternam,
(quæ verba in communionem cuius-
cunque, Sacerdos proferre debet.)

Ceremonialis.

Et deinde Calicem cum vino illis exhibeat, quo se purificent: si verò alter ministrorum fuerit Præbyter, hic postquam alius Sacramentum sumpserit, Calicem cum vino ad purificandum, illi propinet.

- 5 Post hæc statim Diaconus, & Subdiaconus mappam accipiant, & extendant, & in altaris pavimento genibus flexis extremitates lintei manibus æqualibus ante pectus teneant versa facie vnus ad alterum: interimq; Acolythi, & Thuriferarius, ad medium infimi gradus altaris vadant, ibi que genua flectant, et surgant, atque ad medium supremi gradus altaris ascendant, vbi etiam genibus flexis Sacrosanctum Christi corpus accipiant, & interim bini ex antiquioribus fratribus, (vnus scilicet ex vno Choro, & alius ex altero, ad infimum altaris gradum vadant, & ibi genua flectant, & vbi primum Acolythi, & Thuriferarius ad vtrumque

que altaris latus diuerterint, vt se purificent, statim ascendant ad supremum altaris gradum, vt Sacrosanctum Christi corpus flexis genibus accipiant, & hunc ordinem ceteri obseruent in Communionem.

Acolythi accepta mappa demanibus ministrorum altaris) quam eodem modo, quo ministri, eam habeant, illi vsque ad communionis finem habere debent) purificationem etiam ab iisdem ministris accipiant.

Ministri autē prope Acolythos stantes, & Calices cum vino in manibus tenentes omnes comunicantes purificēt. & Thuriferarius, accepta purificatione, ad suū locū iterū descēdat vterq; frater postquā se purificauerit surgat, & inde Versa facie vnus ad alterum ambo dimissis oculis, motu lento, modesto ac Religioso,

Ceremonialis

ad sua loca redeat, ibique sint genibus flexis.

- 8 Postquam omnes communicauerint, & ad propria loca deuenerint, Sacerdos vertat se ad eos propè cornu Euangelij, illosque benedicat in hunc modum, Benedictio Dei Patris ✠, Filij, & Spiritus Sancti descendat super vos, & maneat semper vobiscum. Resp. Amen. Interim dum benedictio datur, omnes fratres communicantes (exceptis ministris altaris) super facies suas concidant: qua accepta benedictione, & facto à nouitiorū Magistro signo, erigant se, & (vt in more positum est) ad Chorum cum silentio reuertantur: Acolythy verò interim mappam cōplicent, & supra credentiam ponant.

¶ *Caput Decimumquartum . De
Forma ministrandi Sacramentū
Eucharistiæ Laicis.*

IN



N Quocūque altari ordinato ad ministrandum populo Sanctum Eucharistiæ Sacramentum, eo tēpore, quo ministrari debet, Sa-

crista, vel eius Socius, ponat mundam, & albam mappam, & vas aqua limpida plenū, & cereos: et aliquis Sacerdos ex grauioribus, & Religiosioribus, qui illud ministrare debet veniat à Sacristia Superpelliceo et Stola indutus, præcedente Acolytho, secumque deferat Sacrarij clauem, et vbi primum vterque ad altare peruenerit, genua flectat, et Acolythus cereos accēdat, Sacerdos vero Sacrarium adaperiat, et facta prius genuflexione extrahat vas, in quo est Sacramentum, illudque ponat in Ara altaris super corporalia: interim Acolythus mappam super humeros communicantium ex-

Dd 5 tendat

Ceremonialis.

tendat, qua extensa Sacerdos vadat ad dexteram partem altaris prope cornu Euangelij, ibique stet iunctis manibus, & erectis ante pectus: & Acolythus ad sinistram partem altaris prope cornu Epistolæ flexis genibus, & versa facie ad Sacerdotem, similiterque iunctis manibus, & erectis ante pectus, clara voce, & deuotè generalem Confessionem, materno sermone proferat, in hunc modum. *Eu peccador me confesso a Deos todo poderoso, & cætera:* qua finita, Sacerdos communicantibus dicat, vt interim dū ipse facit generalem absolutionem, more solito, semel Angelicam salutationem pronuntient.

- 2 Post hæc facta prius genuflexione Sacrosanctū Christi corpus super Calicem accipiens, illudq; ante pectus in manibus tenēs populo ostēdat, dicens, *Ecce agnus Dei, &c. & distinctè bis proferat vulgari sermo-*

ne:

ne, Sôr não sou digno, &c. & semel
Em as vossas santas mãos, &c. Sta-
timque singulis sanctū Eucharistiæ
Sacramentum ministret, factō signo
Crucis ante os, dicens: Corpus Do-
mini nostri Iesu Christi custodiat
animam tuam in vitam æternam.

Deinde vas Sacramēti super Cor- 3
poralia iterum ponat, & facta ge-
nuflexione, surgens vas aquæ de
manu Acolythi accipiat, quo com-
municantes purificet, dicens: Nunc
dimittis, &c. quibus peractis, stans
propè cornu Euangelij, illis benedi-
ctionem largiatur, in hunc modum.
Benedictio Dei Patris ⁊ Filij, & Spi-
ritus Sancti, descendat super vos, &
maneat semper vobiscum. Respon.
Amen. Statim Calicem Sacramen-
ti in Sacrario reponat, factaque
prius genuflexione, eius ostium
claudat, & Acolythus cereos ex-
tinguat, deinde vterque genua fle-
ctat, & ad Sacristiam reuertatur,
vbi

Cæremonialis

vbi Sacerdos in Lauacro protinus digitos abluat.

4 Si verò Missam celebrans, in supradicto altari Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum populo ministrare debet, post sumptionem corporis, et sanguinis Christi immediate, præfato ordine obseruato, illud administret, posteaque se purificet, & Missam finiat.

5 Quo pacto Eucharistiæ Sacramentum feria quinta in Coena Domini fratribus, & laicis ministrari debeat, in cœremonijs ipsius diei reperietur.

¶ Caput Decimum quintum. De Forma ministrandi Sacramentum altaris religiosis in firmis.



Ingrauescente morbo, infirmus post debitam peccatorum suorum confessionem, nostræ

stræ salutis viaticum postulet, & Prælatus maximam adhibeat diligentiam, vt in firmus ad hoc moneatur, cū morbi qualitas id exegerit, & vt domus infirmi congruenter cū omnibus necessarijs præparetur, & decenter ornetur, in qua sit mensa alba mappa ornata, & in ea super Aram altaris ponantur corporalia, & Crux portatilis propè Aram, & ex vtraque parte candelabra cum cereis, & vnum vas aquæ ad infirmi purificationem.

¶ Quibus sic præparatis, Sacrista, seu eius Socius cum Campana signum faciat, vt Conuentus propè Sacristiam congregetur, & interim ibi præparetur Crux, aqua benedicta, et laterna cum accenso cereo: et Prælatus statim ad Sacristiã deueniat, et indutus Amictu, Superpelli- ceo, Stola, prætiosoque Pluuiali, et accepta clauē Sacrarij à Sacrista, facto secundo signo cum campana,
præ-

Caeremonialis

præcedente Cruce, & Thuriferario processionaliter cum alijs ad sacrarium pergat modo consueto: vbi Sacrista, vel eius Socius cereos accensos inter fratres distribuatur, & interim Prælati ostium sacrarii adaperiat, flexisque genibus ter Sacramentum incenset, & surgens, Calicem, in quo est Sacramentum, in manibus teneat ante pectus, processionaliterque in extrema parte Conuentus incedat, præcedente Cruce, Laternario cum lucerna accensa, & Thuriferario, & vnus Acolythus Superpelliceo indutus, Ahenulū aquæ benedictæ portet: Prælati que incipiat recitare voce aliquantulum eleuata, Psalmum, Miserere mei Deus, quem Conuentus alternatim vsque ad finem similiter prosequatur: deinde pro loci distantia proferre poterunt, Benedictus, Magnificat, & Nunc dimittis.

3

Vbi primum Prælati in domum
infr:

infirmi ingressus fuerit, dicat. Vers.
Pax huic domui, & Conuentus re-
spondeat. Et omnibus habitantibus
in ea: Calicem verò Sacramenti in
mensa super Corporalia, & Aram
altaris ponat: deinde infirmum, &
totam domum aspergat aqua beni-
dicta, dicens. Asperges me Domine
Hyssopo, & mundabor, lauabis me,
& super niuem dealbabor. Vers. Mi-
serere mei Deus secundum magnā
misericordiam tuam. Gloria Patri,
& Filio, & Spiritui Sancto: Sicut erat
in principio, & nunc, & semper, &
in sæcula sæculorum, Amen. Et re-
petatur Antiphona, Asperges me
Domine, &c. qua finita Prælati
dicat. Vers. Saluum fac seruuū tuū.
Res. Deus meus sperantē in te. Vers.
Mitte ei Domine auxilium de san-
cto. Resp. Et de Sion tuere eū. Vers.
Nihil proficiat inimicus in eo. Res.
Et filius iniquitatis nō apponat no-
cēre ei. Vers. Esto ei Domine turris
for-

Cæremnialis.

fortitudinis. Resp. A facie inimici.
Vers. Domine exaudi orationem
meam. Resp. Et clamor meus ad te
veniat. Vers. Dominus vobiscum.
Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.
¶ Deus infirmitatis humanæ singu-
lare præsidium, auxiliij tui super hûc
fratrem nostrum infirmum ostende
virtutem, vt ope misericordiæ tuæ
adiutus, Ecclesiæ tuæ sanctæ incolu-
mis repræsentari mereatur. Per
Christum Dominum nostrum. Res.
Amen.

- 4 Dicta oratione, Prælati ab infir-
mo inquirat, si forte habeat aliquid
ad confitendum, & si habuerit, illius
confessionem audiat, impositaque
breui pœnitentia, eum absoluat,
ab ipsoque alta voce fiscitetur,
si ab aliquo vel aliquibus specia-
liter vult veniam petere, aut eam
concedere, vel si illi placet, quod
idem Prælati suo nomine genera-
liter, seu specialiter, talem veniam
postu-

postulet, vel cōcedat, & in hoc Præ-
 latus faciat, quod eius conscientia
 magis viderit expedire: deinde vo-
 ce clara, & eleuata dicat. Hic frater
 noster infirmus suppliciter petit, vt
 omnes semel Dominicā orationē, &
 Salutationē Angelicam Deo offerāt
 pro eius salute, & vt sanctissimum
 Christi corpus digne accipere va-
 leat: similiterque per Christi vulne-
 ra à quouis quomodolibet offenso
 humiliter veniā petit, ac simul cui-
 cunq;, si cum offendit, libenter eam
 elargitur.

His præhabitis, præcipiat infirmo, 5
 vt generalem faciat Confessionem,
 qua finita, more solito, cum genera-
 liter absoluat: postea flexis genibus
 ter Sacramentum thurificet, & sur-
 gat, Sacrosanctumque Christi cor-
 pus super Calicem accipiēs, illudq;
 ante pectus in manibus tenens, infir-
 mo ostendat dicens. Ecce Agnus
 Dei, &c. & distinctè bis proferat.

EcDo

Cæremonialis.

Domine non sum dignus, &c. Et semel, In manus tuas Domine, &c. Deinde faciens signum Crucis ante os infirmi, ipsi conferat Sacramentum dicens. Accipe viaticum corporis Domini nostri Iesu Christi: qui te custodiat ab hoste maligno, & perducatur ad vitam æternam, Amen.

- 6 Postea vas Sacramenti in mensa super corporalia ponat, & genua flectat, ac se erigens vas aquæ accipiat, qua infirmum purificet: statimq; dicat: Frater age gratias Deo, qui per suam pijsimam misericordiam tibi concessit, ut ipsum reciperes, idem dignetur, ut tibi ad corporis & animæ salutem proficiat: deinde dicat Vers. Domine exaudi orationem meam: & Conuentus respondeat, Et clamor meus ad te veniat: Oremus. ¶ Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus te fideliter deprecamur, ut accipienti fratri nostro Sacrosanctum corpus Domini nostri Iesu Christi

Christi Filij tui, tam corporis, quam animæ proſit ad remedium ſempiternum. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Reſp. Amen.

Si tamen infirmus tali fuerit morbo oppreſſus, vt hæc ſupra dicta præſtari nequeant, quæ rei euentus, & infirmitatis qualitas poſtulauerint, efficiantur.

His ita peractis, dataque ſolita benedictione, Prælatuſ infirmū adhortetur, vt extremā petat vnctionem ſibi idoneo tempore conferendam: poſtea facta prius genuflexione, vaſ Sacramenti de menſa accipiat, & ſupra dicto ordine ſeruato, ipſum ad Sacrarium proceſſionaliter reducat, & antequam eius oſtium claudat, genibus flexis illud ter thurificet, ſurgensque eius oſtium claudat, & extinguantur cerei, omnesque cum ſilētio & Religione ad Sacriſtiam reuertantur.

Caput Decimum sextum. De Forma ministrandi Religiosis infirmis Sacramentum extreme Vnctionis.

I



Ostquã infirmus extremam petierit vñtionem, debito tempore ei in hũc modũ conferatur. Prælatus diligenter curet, vt infirmi domus omnibus necessarijs congruenter exornetur, in qua sit mensa cum alba mappa, in ipsa que Crux portatilis, & ex vtraque parte duo candelabra cum cereis.

2

Deinde Sacrista præparatis infirmorum oleis cum Campana signum congregandi Conuentus faciat, & interim præparetur crux iuxta pectus in manibus portanda, Ahenulũ aquæ benedictæ, laterna cum accẽso

so cereo, stupa, & patena calicis in Paropside cum panefecundo: statimque Prælatus ad Sacristiam veniat, induatq; Superpelliceū, Amictum, & Stolum, alicuique Præsbytero commendet, vt Superpelliceo indutus Paropsidem cum supradictis portet, eumque in hoc ministerio adiuuet.

Postea facto secundo signo cum 3 Cāpana, Prælatus oleum infirmorum in manus accipiat, illudq; processionaliter in extrema parte Conuentus deferat, ad cuius sinistrum latus Sacerdos Paropsidem portans incedat: protinusque eleuata voce idem Prælatus incipiat psalmum, Miserere mei Deus, quem Conuentus similiter alternatim prosequatur, cum reliquis sibi visis pro distantia loci. Præcedat crux modo supra dicto, & laternarius cum accensa lucerna, & Acolythus cum Ahenulo aquæ benedictæ, & vbi primum ad

Ec 3 domum

Ceremonialis.

domū infirmi omnes peruenerint, Prælatus dicat. Pax huic domui, & respōdeat Conuentus, Et omnibus habitantibus in ea. Oremus. ¶ Signū salutis pone Domine in domibus istis, & non permittas introire Angelum percutientem in domos, in quibus habitamus: de cœlo pone signum tuum Domine, & protege nos, & non erit in nobis plaga nocens. Per Christum Dominum nostrum. Ref. Amen.

- 4 Deinde Prælatus aspergat infirmū aqua benedicta in modum Crucis, & totam domum dicens, Asperges me Domine Hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Ver. Miserere mei Deus secundū magnam misericordiam tuam, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: sicut erat in Principio & nunc & semper, & in sæcula sæculorum: Amen. Et repetatur Antiphona: Asperges me Domine, &c. qua
finita

finita, Prælati dicat. *Vers.* Ostende nobis Domine misericordiam tuam. *Respond.* Et salutare tuum da nobis. *Vers.* Exaudi nos Deus salutaris noster. *Resp.* Spes omnium finium terræ, & in mari longe. *Vers.* Domine exaudi orationem meam. *Resp.* Et clamor meus ad te veniat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.* ¶ Exaudi Domine preces nostras, & confitentium tibi parce peccatis, vt quos conscientie reatus accusat, indulgentia tuæ pietatis absoluat. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen. *Oremus.* ¶ Præueniat hūc famulū tuum Domine, quæsumus, misericordia tua, vt omnes iniquitates eius celeri indulgentia deleatur. Per Christū Dominū nostrū. *Res.* Amen. *Oremus.* ¶ Adesto Domine supplicationibus nostris, vt non sit ab hoc famulo tuo N. clemencie tuæ longinqua miseratio, sana vulnera,
Ec 4 ciuf-

Cæremonialis.

eiusque remitte peccata, vt nullis iniquitatibus à te separatus tibi Domino Deo semper valeat adhærere, Per Christum Dominum nostrum.

Resp. Amen. Oremus. ¶

Domine Deus noster, qui offensectione nostra non vinceris, sed satisfactiõne placaris: respice, quæsumus, ad hunc famulum tuum, qui grauitèr peccasse confitetur: tuum est ablutionè peccaminum dare, & veniam præstare peccantibus, qui dixisti, pœnitentiam malle peccatorum, quam mortem: concede ergo Domine huic famulo tuo, vt tibi pœnitentiæ excubias celebret, & correctis actibus suis cõferri sibi à te sempiterna gaudia gratuletur. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amē. Oremus.

¶ Præsta, quæsumus, Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, vt Ecclesiæ tuæ, à cuius integritate deuiavit peccãdo, commissorum reddatur innoxius, veniam

con-

consequendo, Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Post hæc infirmus per se, vel per 5 alium, generalem Cōfessionem faciat, Prælatusque, & simul reliqui Sacerdotes adstantes, eum generaliter absoluant: & deinde in Patena, quæ est super Paropsidē, quam Sacerdos superpelliceo indutus præ manibus habeat, de oleo infirmorū, ponat, quātū sibi visum fuerit sufficere, & postea incipiat Antiphonā. Dominus Iesus locutus est: & Conuentus prosequatur: Discipulis suis in nomine meo doemonia eijcite, & super ægros manus imponite, & bene habebūt. Et Præsbyteri, qui præsentés fuerint, manus super infirmū imponāt, dum dixerint, super ægros manus, &c. Protinus Cantor maior incipiat voce aliquātulū eleuata recitare Psalmum tertium: Domine quid multiplicati sunt, &c? Quem genibus flexis Conuentus prose-

Ec 5 qua-

Ceremonialis.

quatur vsq; ad finē, cum Gloria Patri, &c. Et ita debet esse vsq; ad vltimā orationem huius officij, postea Prælatus stās dicat. Oremus. ¶ Omnipotens sempiternus Deus, qui per beatum Apostolum Iacobum dixisti: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orēt super eum, vngentes eum Oleo sancto, in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmū, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei: te suppliciter exoramus, vt hic famulus tuus N. per mysterium nostræ vñctionis, & donum tuæ sanctæ pietatis, peccatorū suorum veniā cōsequi, & ad vitā æternā peruenire mereatur. Per Christū Dominū nostrū. Res. Amē. Orem⁹. ¶ Adesto Dñe supplicationibus nostris, & me, qui etiā misericordia tua primus indigeo, clemēter exaudi, & quē non electione meriti, sed dono gratiæ tuæ, cōstituisi hui⁹ operis ministrū,
da

da fiduciã tui muneris, exequedi, & ipse in nostro ministerio, quod tuæ pietatis, est operare. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorũ. Ref. Amẽ.

Rursus Prælatus incipiat Antiph. 6
Sana me Domine: & Cõuentus prosequatur, Quoniam cõturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde, sed tu Domine conuertere, & eripe animã meã: & Cantor maior voce parũper eleuata, incipiat Psalmũ sextũ, Domine ne in furore tuo arguas me, quẽ Conuentus prosequatur, vsq; ad finẽ, cum Gloria Patri: & interim Prælatus intincto pollice in Oleo sancto faciat signum crucis de ipso Oleo sancto in corpore ægri, in locis subscriptis, ad vnãquãquẽ crucẽ, propriam orationem dicens: & prima vnctio fiet super oculos cum hac oratione.

Per istam sanctam vnctionem ✠, 7
& suam pijsimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid pcc-

Ceremonialis.

peccasti per visum. Resp. Amē. Oremus. ¶ Deus, qui famulo tuo Ezechia Regi ter quinos annos ad vitam donasti, quæsumus, vt hunc famulum tuū à lecto ægritudinis tua potētia erigas ad salutem. Per Christum Dominū nostrum. Resp. Amē. Finita hac oratione postquam Conuentus finierit supradictum Psalmū, rursus Prælati incipiat Antiphonā: Erat quidam Regulus, & Cōuentus prosequatur, Cuius filius infirmabatur Capharnaūm, hic cum audisset, quia Iesus veniret in Galilæam, rogabat eum, vt descenderet, & sanaret filium eius. Deinde Cantor maior similiter incipiat Psalmum trigesimum primum: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, quem Cōuentus vsque ad finē prosequatur, & hic idem ordo in sequentibus seruabitur. Interim verò dum Psalmus dicitur Prælati intincto pollice in Oleo sancto (supradicto modo) super

per aures infirmi signum crucis faciat, dicens.

Per istam sanctam vnctionem ✠, 8
& suam pijsimā misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid peccasti per auditum. Resp. Amen. Oremus. ¶ Respice Domine famulum tuum N. infirmitate sui corporis laborantē, & animā refoue, quam creasti, vt castigationibus emundatus, continuo se sentiat tua medicina saluatum. Per Christum Dominū nostrū. Respōd. Amen. Antiph. Domine descende, vt sanes filium meum, priusquam moriatur, dixit ei Iesus, vade filius tuus viuit. Psal. 37. Domine in furore tuo arguas me, &c. Super labia.

Per istam sanctam vnctionem ✠, 9
& suā pijsimam misericordiā indulgeat tibi Dominus, quidquid peccasti per gustum. Resp. Amen. Oremus. ¶ Deus qui facturæ tuæ pio semper dominaris affectu, inclina
au-

Cæremonialis.

aurem tuã supplicationibus nostris,
& famulum tuum N. ex aduersa va-
letudine sui corporis laborantem
placatus respice, & visita in salutaris
tuo, ac cœlestis gratiæ præsta medi-
cinam. Per Christum Dominum no-
strum. Resp. Amē. Antiph. Cor con-
tritum, & humiliatum Deus non
despicias, sed propter magnam mi-
sericordiam tuam, Miserere mei
Deus. Psal. 50. Miserere mei Deus,
&c. Supernares.

10 Per istam sanctam vnctionem ✠,
& suam pijsimam misericordiam
indulgeat tibi Dominus, quidquid
peccasti per odoratum. Resp. Amē.
Oremus. ¶ Deus, qui humano ge-
neri, & salutis remediũ, & vitæ æter-
næ munera contulisti, conserua fa-
mulo tuo N. dona, virtutem conce-
de, vt medelam tuam non solum in
corpore, sed etiam in anima sen-
tiat. Per Christum Dominum no-
strum. Respond. Amen. Antiph.

Do

Domine puer meus iacet Paralyticus in domo, & malè torquetur: & ait illi Iesus, Ego veniam, & curabo eum. Psalm. 101. Domine exaudi orationem meam, &c. Super manus.

Per istam sanctam vnctionem ✠, II
& suam pijsimā misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid peccasti per tactum. Resp. Amen. Oremus. ¶ Virtutū cœlestiū Deus, qui ab humanis corporibus omnem langorem, & omnem infirmitatem præcepti tui potestate depellis: adesto propitius, huic famulo tuo, vt fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen sanctum tuum, instaurata protinus sanitate, benedicat. Per Christum Dominum nostrum. Respondetur, Amen. Antiphona. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Psalm. 129. De profundis
cla-

Ceremonialis.

clamaui ad te Domine, &c. Super pedes.

- 12 Per istam sanctam vnctionem ✠, & suam pijsimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid peccasti in cessu pedum. Resp. Amē.
- 11 Oremus. ¶ Domine sancte Pater Omnipotens aeternae Deus, qui fragilitatem conditionis nostrae infusa virtutis tuae dignatione confirmas, vt salutaribus remedijs pietatis tuae, corpora nostra, & membra vegetentur, super hunc famulum tuum N. intende, vt omni necessitate corporeae infirmitatis exclusa, gratia in eo pristinae sanitatis perfecte reparetur. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amē. Antiph. Cum sol autem occidisset, omnes, qui habebant infirmos variis langoribus, ducebant illos ad Iesum, & sanabatur. Psal. 142. Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam, &c. Super lumbos.
- Per

Per istam sanctam vñtionem ✠, 13
 & suam pijsissimam misericordiam
 indulgeat tibi Dominus quidquid
 peccasti per ardorem libidinis. Res.
 Amen. Oremus. ¶ Per istam vñtio-
 nem, & benedictionem mundetur,
 ab omni sorde, & contagione pec-
 cati, ac sanctificentur manus, & os,
 cor quoque & tactus, odoratus, vi-
 sus, auditus, & gustus, totusque cor-
 poris, & animæ tuæ sensus, vt ido-
 neus efficiaris ad inuocandum eius-
 dem Domini nostri nomē: reddat ti-
 bi Dominus lætitiā salutaris sui, &
 spiritu principali cōfirmet te: Spiri-
 tū Sanctū innouet in visceribus tuis
 & nō auferat illū à te, sed auferat à
 te omnia tua peccata: & benedictio
 Dei Patris ✠, & Filij ✠, & Spiritus Sā-
 cti ✠, descēdat in te: quæ copiose su-
 per te defluat, & in extremā totius
 corporis tui partem descēdat, inte-
 rius, exteriùsq; repleat, atq; circun-
 det, ac semper sit tecū. Resp. Amen.

Ceremonialis.

- 14 Aduertat Sacerdos superpelliceo indutus, quòd locum inunctum, cum stupis abstergere debet, quas in Paropside reponat, & sic faciat in quolibet vnctione: idemque Sacerdos omnibus orationibus respondeat. Amen, dum Conuentus in Psalmis recitandis est occupatus, Infirmarius verò præparet, quælibet corporis loca infirmi vngenda.
- 15 His peractis, Prælatus eleuata aliquantulum voce incipiat Antiphonam. Sana Domine infirmum istum, & Conuentus prosequatur, Et medicare eum medicamine salutis, vt pristinae sanitati restauratus, gratiarum tibi referat actionem. Psal. 66. Deus misereatur nostri, &c. quo finito, genibus flexis, Prælatus incipiat Kyrie eleison, cui Conuentus respõdeat, etiã genibus flexis Christeeleison. Kyrie eleison, deinde dicat Prælatus Pater noster, & sequentes Versus quibus Conuentus satisfat.

tisfaciat. Vers. Et ne nos inducas in
tentationem. Resp. Sed libera nos à
malo. Vers. Saluum fac seruum tuū.
Res. Deus meus sperantē in te. Ver.
Cōuertere Domine vsquequo. Res.
Esto deprecabilis super seruū tuū.
Vers. Nihil proficiat inimicus in eo.
Resp. Et filius iniquitatis non nocet
bit ei. Vers. Dominus conseruet eū,
& viuificet eū. Res. Et beatū faciat
eum. Vers. Dominus opem ferat illi
super lectū doloris ei⁹. Res. Vniuer
sum stratum eius versasti in infirmi
tate eius. Vers. Dominus custodiat
introitum eius, & exitum eius. Res.
Ex hoc nunc, & vsq; in sæculū. Ver.
Mitte ei Domine auxiliū de sancto.
Resp. Et de Sion tuere eum. Ver. Li
bera eum Domine Deus Israel. Res.
Ab omnib⁹ angustijs suis. Ver. Ostē
de ei Domine misericordiā tuā. Res.
Et salutare tuū da ei. Psal. 24. Ad te
Domine leuauī, &c. Psalm. 40. Bea
tus qui intelligit super egenum, &

Cæremónialis.

pauperem, &c. vsque ad finem cum
Gloria Patri.

- 16 Quibus finitis, Prælatus surgat, &
dicat versum, Domine exaudi ora-
tionẽ meam. Resp. Et clamor meus
ad te veniat. Vers. Dominus vobi-
scum. Resp. Et cum spiritu tuo. Ore-
mus. ¶ Omnipotens Deus, qui in no-
mine vnigeniti Filij sui misit Spiritũ
Sanctum secundum promissionem
suam discipulis suis, effundat super
te Paraclerum septiformẽ de cœlis:
repleat te spiritus cõsiliij, & fortitu-
dinis, spiritus intellectus, & sapiẽtiæ,
qui excoquat omnẽ rubiginẽ pec-
catorum, vt nullis iam iniquitatis,
vel fragilitatis confundaris errori-
bus, sed inducat in omnẽ, sicut idem
promisit, filius, veritatem, Spiritus
scienciæ, custodiatque à totius ne-
quitia prauitate, & mundanæ con-
uersationis, seu carnalis immundi-
tia cogitatione, ac impuræ mentis
affectu, & ab omnium inimicorum

vifi-

visibilem, & inuisibilem infestationibus, vel incurſu liberet, & perducat ad gratiam, & gloriam regni ſui, cuius honor, & virtus, & imperium permanet in ſæcula ſæculorū. Reſp. Amen. Oremus. ¶ Deus humani generis benigniſſime conditor, & miſericordiſſime reformator, qui hominem inuidia Diaboli ab æternitate deiectum, vnici ſanguine Filij tui redemiſti, viuifica hunc famulum tuum, quem tibi nullatenus mori deſideras, & qui non derelinquis deuium, aſſume correctum: moueât pietatem tuam, quæſumus, Domine, huius famuli tui lacrimoſa ſuſpiria, tu eius medere vulneribus, tu iacenti manum porrige ſalutarem, ne Eccleſia tua aliqua ſui corporis portione vaſtetur, nec grex tuus detrimentum ſuſtineat, ne de familiae tuæ damno inimicus exultet, ne renatum ſalutari lauacro mors ſecunda poſſideat. Per Chriſtum Dominum

Caremonialis

nostrum. Res. Amen. His finitis, omnes surgant, & seruato ordine, quo venerunt, in Sacristiam reuertantur. Si tamen infirmus tali fuerit morbo oppressus, vt omnia supradicta præstari nequeant, quæ rei euentus, & infirmitatis qualitas postulauerint, efficiantur. Stupæ, more solito, in Sacristia comburantur.

¶ Caput Decimum septimū. De Forma commendationis animæ.



VM Aliquis frater in articulo mortis fuerit, primum dicatur Litaniæ breues in hunc modū. Kyrie eleison. Chri-

ste eleison. kyrie eleison.

Sancta Maria.

Ora pro eo.

Omnes sancti Angeli, & Archangeli.

orate pro eo.

Sancte Abel.

ora pro eo.

Om-

- Omnis Chorus iustorū. ora pro eo.
Sancte Abraham. ora pro eo.
Sancte Ioānes Baptista. ora pro eo.
Omnes sancti Patriarchæ, & Pro-
phetæ. orate pro eo.
Sancte Petre. ora pro eo.
Sancte Paule. ora pro eo.
Sancte Andrea. ora pro eo.
Sancte Ioannes. ora pro eo.
Omnes sancti Apostoli & Euange-
lista. orate pro eo.
Omnes sancti Discipuli Domini,
orate pro eo.
Omnes sancti Innocētes. orate pro.
Sancte Stephane. ora pro eo.
Sancte Laurenti. ora pro eo.
Omnes sancti Martyres. orate pro.
Sancte Syluester. ora pro eo.
Sancte Augustine. ora pro eo.
Omnes sancti Pontifices, & Con-
fessores. orate pro eo.
Sancte Benedicte. ora pro eo.
Sancte Francisce. ora pro eo.
Omnes Sancti Monachi, & Here-

Ceremonialis.

- mitæ. orate pro eo.
Sancta Maria Magdalena. ora pro.
Sancta Lucia. ora pro eo.
Omnes sanctæ Virgines, & Viduæ.
orate pro eo.
Omnes Sancti, & sanctæ Dei, inter-
cedite pro eo.
Propitius esto. Parce ei Domine.
Propitius esto. Libera eum Domine:
Ab ira tua. Libera.
A mala morte. Libera.
A periculo mortis. Libera.
A pœnis inferni. Libera.
Ab omni malo. Libera.
A potestate Diaboli. Libera.
Per Natiuitatem tuam. Libera eum
Domine.
Per Crucem, & passionem tuam.
Libera.
Per Mortem, & sepulturam tuam. Libera.
Per gloriosam Resurrectionem tuam. Lib.
Per admirabilem Ascensionem tuam. Lib.
Per gratiam Spiritus Sancti para-
cleti. Libera.
In

In die Iudicij. Libera eum Domine.

Peccatores. Te rogamus audi nos.

Vt ei parcas, Te rogamus audi nos.

Kyrie eleison, Christe eleyson.

Kyrie eleyson.

¶ *Deinde cum in agone sui exitus 2
anima anxiatur dicantur sequen-
tes orationes.*

Oremus. ¶ Proficiscere anima Chri-
stiana de hoc mūdo, in nomine Dei
Patris omnipotentis, qui te creauit:
in nomine Iesu Christi filij Dei viui,
qui pro te passus est: in nomine Spi-
ritus Sancti, qui inte effusus est: in
nomine Angelorum, & Archange-
lorum: in nomine Thronorū, & Do-
minationum: in nomine Principa-
tuum, & Potestatū: in nomine Che-
rubim, & Seraphim: in nomine Pa-
triarcharum, & Prophetarum: in no-
mine Sanctorum Apostolorum, &
Euangelistarum: in nomine Sancto-

Ff 5 rum

Ceremonialis.

rum, Martyrum, & Confessorum:
in nomine sanctorum Monacho-
rum, & Eremitarum, in nomine Vir-
ginū, & omnium Sanctorum, & San-
ctarum Dei. Hodie sit in pacelocus
tuus, & habitatio tua sit in sancta
Sion. Per eundem Christum Domi-
num nostrū. Resp. Amen. Oremus.
¶ Deus misericors, Deus clemens,
Deus, qui secundum multitudinem
miserationum tuarū peccata poeni-
tentium deles, præteritorum crimi-
num culpas venia remissionis eua-
cuas, respice propitius super hūc fa-
mulum tuum N. & remissionem sibi
omnium peccatorū suorū, tota cor-
dis confessione poscentem, depre-
catus exaudi, renoua in eo pijsime
Pater, quidquid, terrena fragilitate,
corruptum, vel quidquid diabolica
fraude violatū est: & vnitati corpo-
ris Ecclesiæ, membrum redemption-
nis annecte. Miserere Domine ge-
mituū, miserere lachymarū eius, &
non

non habentem fiduciam, nisi in misericordia tua, ad tuæ Sacramentū reconciliationis admitte. Per Christū Dominum nostrum. Resp. Amen. Oremus. ¶ Commendo te Omnipotenti Deo charissime frater, & ei, cuius es creatura, committo: vt cum humanitatis debitum, morte interueniente, persolueris, ad auctorem tuum, qui te de limo terræ formauerat, reuertaris. Egredienti itaque animæ tuæ de corpore, splendidus Angelorum Cœtus occurrat: Iudex Apostolorum tibi senatus adueniat: Candidatorum tibi Martyrum triumphator exercitus obuiet: Liliata rutilantium te Confessorum turma circundet: Iubilantium te Virginum chorus excipiat, & beatæ quietis in sinum Patriarcharum te complexus astringat: mitis, atque festiuus Christi Iesu tibi aspectus appareat, qui te inter assistentes sibi iugiter inter esse decernat.

Igno-

Cæremonialis.

Ignores, omne, quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi terribimus Sathanas cum Satellitibus suis: in aduentu tuo te comitantibus Angelis cõtremiscat, atque in æternæ noctis chaos immane defugiat. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei: & iusti epulentur & exultent in cõspectu Dei. Confundantur igitur, & erubescant omnes Tartaræ legiones, & ministri Sathanæ iter tuum impedire non audeant. Liberet te à crutiatu Christus, qui pro te crucifixus est. Liberet te à morte Christus, qui pro te mori dignatus est. Constituat te Christus filius Dei viui inter paradisi sui semper amœna virentia, & inter oues suas te verus ille pastor agnoscat. Ille ab omnibus

bus peccatis tuis te absoluat, atque ad dexteram suam in electorū suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videas, & præsens semper assistens, manifestissimam beatis oculis aspicias veritatē. Constitutus igitur inter agmina beatorum, contemplationis diuinæ dulcedine potiaris in sæcula sæculorum. Resp. Amen. Suscipe Domine seruum tuū in locum sperādæ sibi saluationis à misericordia tua. Resp. Amen. Libera Domine animam serui tui, ex omnibus periculis inferni, & de laqueis pœnarum, & ex omnibus tribulationibus. Res. Amen. Libera Domine animā serui tui, sicut liberaisti Enoch, & Eliam de communi morte mundi. Resp. Amen. Libera Domine animam serui tui, sicut liberaisti Noe de diluuiō. Res. Amē. Libera Domine animam serui tui sicut liberaisti Abraham de Vr Chaldecorum. Resp. Amen. Libe-

Ceremonialis.

ra Domine animam serui tui, sicut liberafti Iob de paffionibus fuis. Re-
fpond. Amē. Libera Domine animā
ferui tui, sicut liberafti Ifaac de ho-
ftia, & de manu patris fui Abrahæ.
Refp. Amen. Libera Domine animā
ferui tui, sicut liberafti Loth de So-
domis, & de flāma ignis. Refp. Amē.
Libera Domine animam ferui tui,
sicut liberafti Moysen de manu Pha-
raonis Regis Aegyptiorū. Respon.
Amen. Libera Domine animam fer-
ui tui, sicut liberafti Daniele de la-
cu Leonum. Ref. Amen. Libera Do-
mine animam ferui tui, sicut libera-
fti tres pueros de camino ignis ar-
dentis, & de manu Regis iniqui. Re-
fpond. Amē. Libera Domine animā
ferui tui, sicut liberafti Susannam de
falso crimine. Ref. Amē. Libera Do-
mine animam ferui tui, sicut libera-
fti Dauid de manu Regis Saul, & de
manu Goliæ. Ref. Amen. Libera Do-
mine animā ferui tui, sicut liberafti

Petrum, & Paulū de carceribus. Ref.
Amē. Et sicut beatissimā Theclam
Virginē, & Martyrē tuam de tribus
atrocissimis tormētis liberaſti, sic li
berare digneris animā serui huius,
& tecum facias in bonis cōgaudere
cœlestibus. Oremus. ¶ Commenda
mus tibi Dñe animā famuli tui N.
precamurque te Dñe Iesu Christe,
Saluator mūdi, vt propter quam ad
terram misericorditer descēdisti, Pa
triarcharū sinibus insinuare non re
nuas. Agnosce Domine creaturam
tuā non ex dijs alienis creatam, sed
à te solo Deo viuo, & vero, quia nō
est alius Deus præter te, & nō est se
cundū opera tua. Lætifica Dñe
animā eius in cōspectu tuo, & ne me
mineris iniquitatū eius antiquarū,
& ebrietatū, quas suscitauit furor,
siue feruor mali desiderii: licet enim
peccauerit, tamē Patrē, & Filium, &
Spiritū Sanctū nō negauit, sed credi
dit, & Zelū Dei in se habuit, & Deū,
qui fecit omnia adorauit. Ref. Amē.

Cæremonialis.

Oremus. ¶ Delicta iuuentutis, & ignorantias eius, quæsumus, ne memineras Domine, sed secundum magnam misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tuæ. Aperiantur ei Cœli, collatêtur illi Angeli. In regnum tuum Domine feruum tuû suscipe. Suscipiat eum Sanctus Michael Archangelus Dei, qui militiæ cœlestis meruit principatum. Veniant illi obuiam Sancti Angeli Dei, & perducant eum in ciuitatem cœlestem Hierusalem. Suscipiat eum Beatus Petrus Apostolus, cui à Deo clauis regni cœlestis traditæ sunt. Adiuuet eum Sanctus Paulus Apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo Sanctus Ioânes electus Dei Apostolus: cui reuelata sunt secreta cœlestia. Orent pro eo omnes Sancti Apostoli, quibus à Domino data est potestas ligandi, atque soluendi. Intercedant pro eo, omnes Sancti Dei,

Dei, qui pro Christi nomine tormēta in hoc sæculo sustinuerūt, vt vinculis carnis exutus peruenire mereatur, ad gloriam regni cœlestis præstāte Domino nostro Iesu Christo. Qui cum Patre, & Spiritu Sācto viuit, & regnat, in sæcula sæculorū. Resp. Amen.

Si anxietur adhuc anima, dicantur hi Psalmi, videlicet, Psalm. 117. Confitemini Domino, & totus Psalm. 118. Beati immaculati in via, per horas distributus.

¶ Egressa autem anima dicitur hoc Resp.

Subuenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini * Suscipientes animam eius * Offerentes eam in cōspectu altissimi. Ver. Suscipiat te Christus, qui vocauit te, & in sinū Abrahæ Angeli deducāt te * Suscipientes & cæt. Ver. Requiem æter-

Cæremõnialis.

nam dona ei Domine. Et lux perpe-
tua luceat ei. & offerentes, & cat.
Deinde Kyrie eleison, Christe elei-
son, Kyrie eleysõ. Pater noster. Ver.
Et ne nos inducas in tentationem.
Resp. Sed libera nos à malo. Ver.
Requiem æternam dona ei Domi-
ne. Ref. Et lux perpetua luceat ei.
Ver. A porta Inferi. Resp. Erue Do-
mine animã eius. Ver. Requiescat
in pace. Resp. Amen. Ver. Domine
exaudi orationem meam. Resp. Et
clamor meus ad te veniat. Ver. Do-
minus vobiscum. Resp. Et cum spi-
ritu tuo. Oremus. ¶ Tibi Domine
commẽdamus animã famuli tui N.
vt defunctus sæculo, tibi viuat, &
quæ per fragilitatem humanæ con-
uersationis peccata commisit, tu
venta misericordissimæ pietatis ab-
sterge. Per Christum Dominum
nostrum. Resp. Amen.

Caput Decimum octauum. De
 Tumulatione Religiosi defun-
 Eli.

POST supra dictā
 fratris demortui
 cōmendationem,
 omnia necessaria
 ad eiusdem fune-
 rationem, & sepul-
 turā Prælatus diligenter prouideat:
 Sacrista iubeat ter Cymbala Con-
 uentus pulsari, præparetq; omnia
 necessaria ad demortui tumulatio-
 nem (prout moris est) post funera-
 tionē defuncti, ipsius corpus in Dor-
 mitorio, vel in Infirmaria super tape-
 tē in loco decēti ponatur, & propē
 eius caput sit Crux, & Ahenulum
 aquæ benedictæ ad pedes, & in quo-
 cunq; angulo tapetis sit candela-
 brum cum accenso cereo, & aliqui
 religiosi à Prælato ordinentur, qui

Cæremonialis.

ibidem ipsius corpus comitentur, & pro eius anima humiliter, & deuotè deprecentur.

2 His omnibus præparatis, statuto tempore à Prælato, Sacrista uel eius Socius congregandi Conuentus cū Campana signum faciat, quo audito, omnes Religiosi suis cappis albis induti propè Sacristiam conueniāt, & Prælatus in Sacristia Puluiali nigro pretioso se exornet, ministri uerò (ab eodem assignati) Dalmaticis eiusdem coloris: & protinus omnes, (facto signo à Prælato) processionè liter, & ordinatim cum silentio pergant, ad locū, ubi est frater demortuus: præcedente Cruce, Thuriferario, duobusq; Acolythis cum candelabris, & cereis accēsis, & in extrema processionis parte, Pheretrū panno nigro coopertum, sex Religiosi presbyteri ex antiquioribus portent, si tumultandus fuerit Sacerdos, alioquin sex fratres non Sacerdotes

dotes ex antiquioribus: & post Pheretrum Prælatus cum ministris immediatè incedat, & in hac processione, & in alijs dum corpus deferretur, Religiosi omnes habeant capita cooperta, & interim dum Conuētus ad locum defuncti, vadit, ter Cymbala pulsentur.

Vbi omnes ad corpus defuncti 3
peruenerint, portantes Pheretrum, illud super ipsum ponant, & in manibus deferant, & religiosi alij portent in manibus cereos accensos, indeq; processionaliter, & ordinatim vadant in Capellam maiorem: & Cantor maior cum Socio in medio processions incipiat decantare.

Subuenite Sancti Dei, & Chorus 4
prosequatur: Occurrite Angeli Domini, suscipientes animam eius: offerentes eam in conspectu altissimi. Deinde Cantores incipiant. Psalm. 50. Miserere mei Deus: & Conuen

Ceremonialis.

tus prosequatur, Secundum magnam misericordiam tuam. Rursusque ipsi Cantores incipiant, Subuenite Sancti Dei: & Chorus dicat. Occurrite Angeli Domini, &c. iterum Cantores incipiant Versum, Et secundum multitudinem miserationum tuarum: & Chorus prosequatur, dele iniquitatem meam, & in reliquis Versibus huius Psalmi, hic modus obseruetur, & in hac processione Prælati cum ministris post Pheretrum immediate incedat.

- 5 Vbi primum ad Capellam maiorem Conuentus peruenerit, omnes religiosi capita discooperiant, & corpus defuncti in medio Adyti in loco ad id præparato ponatur: prope cuius caput Crux collocetur, Ahenulumque aquæ benedictæ ad pedes, & solitis locis quatuor candelabra cum accensis cereis: & similiter in Altari maiori Paramentis nigris ornato, quatuor candelabra cum cereis

acce-

accensis: & statim religiosi omnes
cereos suos extinguant, & Prælatus
stans post Pheretrum cum ministris
voce aliquantulum eleuata dicere
incipiat.

Tibi Domine cōmendamus ani-
mam famuli tui, vt defunctus sæcu-
lo, tibi viuat, & quæ per fragilitatē
mundanæ conuersationis peccata
admisit, tu venia misericordissimæ
pietatis absterge. Per Christum
Dominum nostrum. Respondetur.
Amen. Deinde Cantor maior in-
cipiat dicere voce eleuata, Sub-
venire Sancti Dei, & Conuentus
prosequatur, Occurrite Angeli Do-
mini suscipientes animam eius. Of-
ferentes eam in conspectu altissi-
mi. Rursus Cantores dicant Ver-
sum, Chorus Angelorum eam sus-
cipiat, & in sinu Abrahamæ eam col-
locet: & Conuentus dicat, Offeren-
tes eam in conspectu altissimi. Po-
stea Prælatus dicat. Oremus.

Cæremonialis.

¶ Misericordiam tuam Domine Sã
cte Pater omnipotens æterne Deus
pietatis affectu rogare pro alijs co-
gimur, qui pro nostris supplicare
peccatis nequaquam sufficimus, ta-
men de tua confisi gratuita pietate,
& solita benignitate clementiã tuã
deposcimus, vt animã famuli tui, ad
te reuertẽtem cū pietate suscipias:
adsit ei Angelus testamẽti tui Mi-
chael, & per manus Sãctorũ Angelo-
rũ tuorũ inter sãctos, & electos tuos
in sinu Abrahæ, Isaac, & Iacob Pa-
triarcharũ tuorũ, eam collocare dig-
neris: quatenus libera de Principi-
bus tenebrarũ, & de locis poenarum
nullis iã primæuæ vetustatis, vel ig-
norantiæ, vel propriæ iniquitatis,
seu fragilitatis confundatur errori-
bus, sed potius, agnoscat a tuis, &
sanctæ beatitudinis requie perfrua-
tur: atque cū magni Iudicij dies ad-
uenerit, inter Sanctos, & Electos
tuos resuscitatus gloria manifestæ

con-

contemplationis tuæ perpetuò satisfietur. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Deinde Prælatus dicat similiter: 7
Suscipiat te Christus, & Conuentus prosequatur, Qui vocauit te, & in sinum Abrahamæ Angeli deducant te: & Cantor maior incipiat Psalmum 113. In exitu Israel de Aegypto, quem Conuentus alternatim, vsq; ad finem prosequatur, & interim omnes sedeant: & Prælatus cum ministris in scabello tapete ornato post Pheretrum sedeat.

Post finem Psalmi, & postquam 8
dixerint, Requiem æternâ, &c. surgant omnes, & Prælatus stans dicat. Oremus. ¶ Omnipotens sempiternè Deus, qui humano corpori animam ad similitudinem tuam inspirare dignatus es: dū, te iubente, puluis in puluerem reuertitur: tu imaginem tuam cum Sanctis, & Electis tuis, æternis sedibus præcipias sociari,

Cæremonialis

ciari, eamque ad te reuertentem de
Aegypti partibus blandè, leniterq;
suspicias, & Angelos tuos sanctos ei
obuiam mittas, via nque illi iustitiæ
demõstra, & portas gloriæ tuæ ape-
ri: repelle quæsumus Domine ab ea,
omnes Principes tenebrarum, &
agnosce depositum fidele, quod tuū
est. Suscipe Domine creaturam tuā
non ex dijs alienis creatam, sed à te
solo Deo viuo, & vero, quia non est
alius Deus præter te Domine: &
non est secundū opera tua. Lætifica
clementissime Deus animam famu-
li tui, & clarifica eā, in multitudine
misericordiæ tuæ. Ne memineris
quæsumus, iniquitatū eius antiqua-
rum, & ebrietatum, quas suscitauit
furor mali desiderij: licet enim pec-
cauerit, tamen te non negauit, sed
signo fidei insignitus, te, qui omnia,
& eum inter omnia fecisti, fideliter
adorauit. Per Christum Dominum
nostrum. Resp. Amen.

Et

Et statim Prælati incipiat, Cho-
rus Angelorū: & Conuentus profe-
quatur: Te suscipiat, & in sinu Abra-
hæ te collocet, & cū Lazaro quon-
dam paupere æternam habeas re-
quiem. Deinde Cantor maior inci-
piat Psalmum 114. Dilixi, quoniam
exandiet Dominus, quem Conuen-
tus prosequatur vsque ad finē: quo
finito, non dicatur, Requiem æter-
nā, &c. Sed statim sequentes Psal-
mi proferantur, sine Requiem æter-
nam, &c. scilicet Psal. 115. Credidi
propter quod locutus sum. Et Psal.
116. Laudate Dominum omnes gē-
tes. Et Psalm. 117. Cōfitemini Dño,
quoniā bonus. Et totus Psalm. 118.
Beati immaculati in via: in fine cui
dicatur, Requie æternam, &c. dū hi
Psalmi recitantur, omnes sedeant.

Quibus finitis, omnes se erigant, 10
& Prælati stans dicat. Oremus.
¶ Diri vulneris nouitate percussi,
& quodammodo cordibus sauciati,
mi-

Cæremonialis.

misericordiam tuam, mundi Redemptor, flebilibus vocibus imploramus, ut chari nostri animam ad tuam clementiam, qui fons pietatis es, reuertentem blandè, leniterque suscipias, & quas ille ex carnali contagione contraxit maculas, tu Deus solita bonitate, clementer deleas, piè indulgeas, obliuioni in perpetuum tradas, atque hanc laudem tibi cum cæteris reddituram, & ad corpus quandoque reuersuram sanctorum tuorum cœtibus aggregari præcipias. Qui cū Patre, & Spiritu sancto uiuis, & regnas Deus: per omnia sæcula sæculorum. Respon. Amen. Deinde Prælatus dicat, Pater noster. Vers. Et ne nos inducas in tentationem. Resp. Sed libera nos à malo. Vers. Non intres in iudicium cū seruo tuo Domine. Resp. Quia non iustificabitur, in conspectu tuo omnis uiuens. Vers. A porta Inferi. Resp. Erue Domine animam eius.

Vers.

Verf. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Verf. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

¶ Partem beatæ resurrectionis obtineat, vitamque æternam habere mereatur in cœlis. Per te Christe Iesu, Saluator mundi, qui viuis, & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. Resp. Amen. Oremus.

¶ Deus cui soli competit medicinam præstare post mortem, præsta quæsumus, vt anima famuli tui, terrenis exuta contagijs in tuæ Redëptionis parte numeretur. ¶ Fidelity Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorū, vt indulgentiam, quam semper optauerūt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis, & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. Resp. Amen. Verf. Requiem æternam dona eis

Do-

Ceremonialis

Domine. Resp. Et lux perpetua luceat eis. Vers. Requiescant in pace. Resp. Amen.

11 Quotiescunque in hoc capite, & in sequenti, Prælatus dixerit Pater noster, corpus defuncti aqua benedicta ter aspergat, ipsumq; ter deinde incenset, dum Pater noster secreto recitatur.

12 Post supra dicta, immediatè Prælatus sine Orem⁹, dicat. ¶ Nō intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quoniam nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum tribuatur remissio: non ergo eum, quæsumus, tua iudicialis sententia premat, quæ tibi vera supplicatio fidei Christianæ cōmendat, sed gratia tua illi succurrēte, mereatur euadere iudiciū vltionis: qui dū viueret, insignitus est signaculo Sanctissimæ Trinitatis. Statim Cantor maior incipiat. Res. Subuenite sancti Dei, & Cōuentus prosequatur, Oc-

currite

currere Angeli Domini suscipientes
animam eius. Offerentes eam in conspe-
ctu altissimi. Et Cantor maior cum So-
cio dicat. Vers. Chorus Angelorum,
eam suscipiat, & in sinu Abraham eam col-
locet: & Conuentus prosequatur.
Offerentes eam in conspectu altissimi, &
protinus Prælatus dicat, Kyrie elei-
son, & Conuentus prosequatur,
Christe eleison, Kyrie eleison. Præ-
latus dicat Pater noster, & Vers. Et
ne nos inducas in tentationem. Resp.
Sed libera nos a malo. Oremus.
¶ Deus, cui omnia viuunt, & cui non
percunt moriendo corpora nostra,
sed mutantur in melius, te suppli-
ces deprecamur, vt quidquid ani-
ma famuli tui N. vitiorum, tuæque
voluntati contrarium, fallente Dia-
bolo, & propria iniquitate, atque
fragilitate contraxit, tu pius, atque
misericors abluas indulgendo: eamque
suscipi iubeas per manus sanctorum
Angelorum tuorum deducendam

Cæremonialis.

in sinum Patriarcharum tuorū, Abraham scilicet amici tui, & Isaac Electi tui, atq; Iacob dilecti tui ex quo aufugit dolor, & tristitia, atque suspirium: fidelium quoque animæ felici iucunditate lætantur: & in nouissimo magni Iudicij die inter sanctos & Electos tuos eam facias perpetuæ gloriæ tuæ percipere portionē, quam oculus non vidit, neque auris audiuit, & in cor hominis non ascendit, & quam præparasti Deus diligentibus te. Per Christum Dominum nostrum. Respond. Amen. Deinde Cantor maior incipiat. Ante quam nascerer, nouisti me, & Conuentus prosequatur. Et ad imaginem tuam Domine Plasmasti me. * Modo reddo tibi Creatori animā meam: post hæc Cantor maior cum Socio dicat, Versum sequentem. Commissa mea pauesco, & ante te erubesco, dum veneris iudicare noli me condemnare: & Chorus pro-

prosequatur. ✠ Modò reddo tibi
Creatori animam meam. Kyrie elei
son, Christeeleison, Kyrie eleison.
Pater noster. Vers. Et ne nos indu
cas intimationem. Resp. Sed libera
nos à malo. Oremus. ¶ Fac quæsu
mus Domine hanc cum seruo tuo
defuncto misericordiam, vt factorū
suorum in pœnis non recipiat vicē,
qui tuam in votis tenuit voluntatē,
vt sicut hîc illum vera fides iunxit
fidelium turmis, ita illic eū tua misera
tio societ Angelicis choris. Per
Christū Dominū nostrū. Ref. Amē.
Pater noster. Vers. Et ne uos indu
cas & cæt. Vers. Non intres in iudi
cium cum seruo tuo Domine. Resp.
Quia non iustificabitur in conspectu
tuo omnis viuens. Vers. A porta In
feri. Ref. Erue Domine animā eius.
Vers. Dominus vobiscum. & cæte.
Oremus. ¶ Inclina Domine aurem
tuam ad preces nostras, quibus mi
sericordiam tuam supplices depre

Hhcamur

Cæremonialis.

camur, vt animam famuli tui, quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis, ac lucis regione constituas: & Sanctorum tuorum iubeas esse confortem. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

- 13 Tunc Prælati incipiat decantare Antiphonam. Aperite illi, & Conuentus prosequatur, *Portas iusticiæ, & ingressus confitebitur Domino, hæc Porta Domini, iusti introibunt in eam.* Cantor verò maior cum Socio incipiat decantare (finita hac Antiphona,) Psalmum. 117. *Confitemini Domino quoniam bonus, & alternis modulis illum Conuentus prosequatur, & interim dum decantatur, Pheretrum, in quo est corpus defuncti à supradictis fratribus, ad sepulchrum deferatur, & Cymbala ter pulsentur, & iuxta illud ponatur, præcedente Cruce, Thuriferario, & duobus Acolythis, & religioso aliquo cum Ahenulo aquæ*

aquæ benedictæ, & post Pheretrum
incedat Prælatus cum Ministris, et
vbi primum ad sepulchrum omnes
accensis cereis peruenerint, sistat
ibi Conuentus, Prælatus dicat. Ore
mus. ¶ Piæ recordationis affectu
fratres charissimi, cōmemorationē
facimus chari nostri, quē Dominus
detērationibus huius sæculi assump
sit: obsecrantes misericordiam Dei
nostri, vt ipse ei tribuere dignetur
placidam, & quietam mansionem,
et remittat omnes lubricæ tenuita
ris offensas, vt concessa sibi venia
plenæ indulgentiæ, quidquid in
hoc sæculo proprio, vel alieno rea
tu deliquit totum ineffabili pieta
te, ac benignitate sua deleat, et ab
stergat: quod ipse præstare digne
tur, qui cum Deo Patre, et Spiritu
Sancto viuit, et regnat in sæcula sæ
culorum. Responderetur. Amen. Ore
mus. ¶ Obsecramus misericordiam
tuam omnipotens æterne Deus,

Hh 2 qui

Ceremonialis.

82
qui hominem ad imaginem tuam
creare dignatus es, vt animam, &
spiritum famuli tui, quem rebus hu-
manis eximi, & ad te accersiri iussi-
sti, blandè, & misericorditer susci-
pias, non dominetur ei vmbra mor-
tis, nec tegat eum chaos, & caligo
tenebrarū, sed exutum omniū cri-
minum labe in sinu Abrahæ Patriar-
chæ tui collocatus, locum pacis, lu-
cis, & refrigerij se adeptū esse gau-
deat, & lateatur, vt cum dies Iudicij
aduenerit, cum Sanctis, & Electis
tuis eū resuscitari iubeas. Per Chri-
stum Dominū nostrum. Ref. Amen.

14 Prælatus deinde incipiat Anti-
phonam. Hæc requies mea, & Con-
uentus prosequatur, In sæculum, &
in sæculū sæculi: hic habitabo, quo-
niam elegi eam. Cantor vero maior
incipiat Psalmum. 131. Memento
Domine Dauid, quem Conuentus
prosequatur vsque ad finem, cum
Requiem æternam. & cat. quo fini-

to, Prælati dicat, Oremus. ¶ Deus
qui fundasti terram, & formasti cœ-
los, qui omnibus syderibus statuta
fixisti: qui Captium mortis laqueo
hominem lauacri ablutione repara-
sti: qui sepultus, Abraham, Isaac, &
Iacob in spelunca duplici libro vitæ,
atque totius gloriæ principes anno-
tasti benedicendo: ita bene & dicere
digneris, hunc tumulum famuli tui,
N. vt cum hîc requiescere facias, et
sinibus Abrahæ, Isaac, & Iacob col-
locare digneris. Qui per Dominum
Iesum Christum victis laqueis In-
fernorum credentium resurgere,
suorum membra iussisti resuscitare
respice, quæsumus Domine, super
hanc fabricam sepulturæ descendat
hîc Spiritus tuus Sanctus, vt te iubē-
te sit ei in hoc loco quæta dormitio,
& in tempore Iudicij tui, cum omni-
bus Sanctis tuis vera resurrectio:
Præstante tua misericordia. Qui vi-
uis, & regnas, in sæcula sæculorum.

Cæremonialis.

Respondetur. Amen.

- 15 Post hæc Prælatus sepulchrū aqua benedicta, ter aspergat, illudque etiam ter incenset, et protinus, qui portârunt Pheretrum, corpus defuncti, ab eo extrahant, & iuxta sepulchrum super nudam terram collocent: Prælatus deinde dicat.
- ¶ Oremus, fratres charissimi pro spiritu chari nostri, quem Dominus de laqueo huius sæculi liberare dignatus est, cuius corpus modò sepulturæ tradditur, vt eum pietas Domini, in sinu Abrahamæ, Isaac et Iacob collocare dignetur, vt cum dies Iudicij aduenerit, inter Sanctos, et Electos suos appareat, præstante Domino nostro Iesu Christo. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuuit, & regnat in sæcula sæculorum. Respondetur. Amen.

- 6 Prælatus deinceps incipiat Antiphonam. De terra plasmasi me

Do.

Domine, & Conuentus prosequatur, Et carnem induisti me, resuscita me in nouissimo die. Cantor vero maior incipiat Psalmum, centesimum trigessimum octauum Domine probasti me, quem Conuentus prosequatur, cum Requiem æternam, & cætera, & Prælati dicat. Oremus. ¶ Deus, apud quem mortuorum Spiritus viuunt, & in quo Electorum animæ deposito carnis onere, plena fœlicitate lætantur: præsta supplicationibus nostris, vt anima famuli tui N. quæ temporali, per corpus visionis huius luminis caruit visu, æternæ illius lucis solatio potiat: non eum tormentum moris attingat: non dolor horrendæ visionis afficiat: non pœnaliter timor excruciet: non reorum pessima cathena constringat: sed concessa sibi venia delictorum omnium optatæ quietis consequatur.

Cæremonialis.

gaudia repromissa. Per Christum
Dominum nostrum. Respõ. Amen.
Oremus. ¶ Deus qui iustis supplica-
tionibus semper præstò es: qui pia
vota dignaris intueri, qui vniuerso-
rum es Conditor, & Redemptor, mi-
sericordia quoque peccatorum: &
tuorum beatitudo iustorum: da fa-
mulo tuo, cuius depositionis hodie
officium exhibemus, cum Sanctis,
atque Fidelibus tuis muneris por-
tionem, & cum à corporis nexibus
absolutum in resurrectione Electro-
rum tuorum facias præsentari. Per
eum qui vêturus est iudicare viuos
& mortuos, & sæculum per ignem.
Resp. Amen. Oremus. ¶ Deus vitæ
dator, & humanorum corporum re-
parator, qui à peccatoribus exorari
voluisti, exaudi preces, quas spiri-
tuali deuotione, pro anima famuli
tui humiliter fundimus, vt liberare
eam ab Inferorum cruciatibus, &
collocare inter agmina Sanctorum
tuoꝝ

tuorum digneris: veste quoq; cœlesti, & Stola immortalitatis indui, & Paradisi amœnitate confoueri iubeas. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amē. Oremus. ¶ Deus, qui es humanarum animarum æternus amator, animam famuli tui N. quam vera dū in corpore maneret, tenuit fides; ab omni cruciatu Inferorum, redde exteriorē: vt segragata ab Infernalibus claustris, sanctorum mereatur adunari consortijs. Per Christum Dominū nostrū. Resp. Amen. Oremus ¶ Temeritatis quidem est Domine, vt homo hominem, mortalis mortalē, cinis, cinerem, tibi Domino Deo nostro au deat commendare: sed quia terra, suscipit terram, & puluis conuertitur in puluerem: donec omnis caro in suam redigatur originem: vnde tuam pijsime Pater, lachrymabiliter, quæsumus, pietatē, vt huius famuli tui N. animā: quā de huius mū

13 *Ceremonialis.*

Prælatuſ, dicat. Oremuſ. ¶ Debitū
humani corporiſ ſepeliendi offi-
cium fidelium more complectētes,
Deum cui omnia viuunt, fideliter
deprecehur, vt hoc corpus chari
noſtri in infirmitate à nobiſ ſepul-
tum: in ordine ſanctorum reſuſci-
tet, & eiſ ſpiritum, cum ſanctiſ, ac
81 fidelibuſ aggregari iubeat, cum
quibuſ in enarrabili gloria, & pe-
renni felicitate perfrui mereatur.
Per Chriſtum Dominum noſtrum,
Reſp. Amen.

- 20 Idem Prælatuſ protinuſ incipiat
decantare Antiphonā. Choruſ An-
gelorum, & Conuentuſ proſequa-
tur, Te ſuſcipiat, & cum Lazaro
quondam paupere, æternam ha-
beaſ requiem. Oremuſ. ¶ Suſcipe
Domine ſeruum tuum in habita-
culū æternuſ, & da eiſ requiem, &
regnum, ideſt, Hieruſalem cœle-
ſtem, & eum in ſinibuſ Patriarcha-
rum tuorum, Abrahæ, Iſaac, &
Iacob,

Iacob collocare digneris : vt habeat partem in prima resurrectione, & inter surgentes surgat, inter suscipientes corpora, in die resurrectionis corpus suum suscipiat, & cum Electis ad dexteram Dei venientibus veniat, & inter possidentes vitam æternam possideat. Per eundem Christum Dñm nostrum. Respondetur. Amé. Oremus. ¶ Comendamus Domine terram corporis fratris nostri terræ humili, & tibi Creatori omnium, & Datori animarum, animam eius, precamurque tuam ineffabilem clementiam, vt propter quem ad terram pietate tua descendisti, Electorum tuorum consortijs iubeas admisceri. Per Christum Dominum nostrum. Respondetur. Amen. Pater noster. Vers. Et ne nos inducas in tentationem. Respondetur. Sed libera nos à malo. Vers. non intres in iudicium cum seruo tuo Domine.

Resp.

Cæremoniālis.

Resp. Quia nō iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens. Vers. A porta Inferi. Resp. Erue Domine animā eius. Vers. Domine exaudi orationē meam. Res. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum Res. Et cū spiritu tuo. Oremus. ¶ Absolve quæsumus Domine, animam famuli tui, ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectionis gloria inter Sanctos, et Electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dominū nostrū. Res. Amen. Oremus. ¶ Deus cuius miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis, et famulabus tuis omnibus, hīc et vbiq; in Christo requiescentibus da propitius veniam peccatorum, vt à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. Respon. Amen. Vers. Requiem æternam dona eis Domine. Respond. Et lux perpetua luceat eis. Ver. Requiescant, &c. Res. Amē

Post

Post hæc religiosi omnes suos cereos extinguant, et processionaliter cum silentio in Sacristiam reuertantur, interimque Cymbala ter pulsentur: et eodem die defuncti tumulus panno nigro cooperiatur, et ibi sit per totum integrum mensem à die obitus enumeratum. Responsa (omnium Missarum, etiã earũ, quæ decantãtur,) super defuncti tumulum dicantur. In Missa, etiã Conuentuali celebrata in die obitus defuncti, vel in sequenti ter Cymbala pulsentur. 21

¶ *Caput Decimum nonum. De Tumulatione defuncti secularis.*



B I P R I M V M
Conuentus peruenit, ad domum defuncti, et Pheretrum ibi-

Cæremonialis.

12 ibidem fuerit præparatum, Cantor maior eligat quatuor, aut plures religiosos, qui corpus defuncti in Pheretro ponant, & protinus processio ordinetur, & religiosi suos cereos accendant, & Cantor maior cum suo Socio, in medio processionis (discoopertis capitibus) incipiat decantare. Subenite Sancti Dei: & Conuentus prosequatur. ✽ Occurrite Angeli Domini, suscipientes animam eius: ✽ Offerentes eam in conspectu Altissimi: Deinde Cantores incipiant. Miserere mei Deus: & Conuentus prosequatur: Secundum magnam misericordiam tuam. Rursusque ipsi Cantores incipiant Subuenite Sancti Dei: & Chorus dicat. ✽ Occurrite Angeli. & cætera. & iterum Cantores incipiant Versum. Et secundum multitudinem miserationum tuarum: & Chorus prosequatur. Dele iniquitatem meam, & in reliquis

quis versibus huius Psalmi hic modus obseruetur, quousque ad Ecclesiam perueniatur, & Pheretrum in loco ad id præparato deponatur.

Protinus Hebdomadarius superpelliceo, stola, & pluuiali nigro indutus, librumque commendationis defunctorum in manibus portans, præcedente Acolytho cum Ahenuolo aquæ benedictæ, ad locum, vbi est Pheretrum veniat, & post ipsum stans sine, Oremus, incipiat decantare: ¶ Non intres in iudicium cum seruo tuo (ancillatua) Domine, quia nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum (eam) quæsumus tua iudicialis sententia premat, quem (quam) tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendat, sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudicium ultionis, qui (quæ) dum viueret

Cæremonialis.

infigintus (infiginta) est, signaculo
Sanctissimæ Trinitatis. Qui viuis, &
regnas in sæcula sæculorum. Resp.
Amen.

- 3 Postea Cator maior, vel cui ipse
cõmendauerit, incipiat Responsum
ab ipso ordinatum, scilicet. Ne re-
corderis, vel aliud. Resp. Ne recor-
deris peccatam ea Domine * Dum
veneris iudicare sæculum per igne.
Vers. Dirige Domine Deus meus in
conspectu tuo viam meam. * Dum
veneris, &c. Kyrie eleison. Christe
eleison. Kyrie eleison. Deinde Heb-
domadarius alta voce dicat Pater
noster. Et ter aspergat aqua bene-
dicta corpus de sancti, & dicat. Ver.
Et ne nos inducas in tentationem.
Resp. Sed libera nos à malo. Vers.
A porta Inferi. Resp. Erue Domine
animam eius. Vers. Requiescat in
pace. Resp. Amen. Vers. Domine
exaudi orationem meam. Resp. Et
clamor meus ad te veniat. Vers. Do-
minus

minus vobiscum. Res. Et cum spiritu tuo. Oremus. ¶ Deus, cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius, te supplices de precamur, vt suscipi iubeas animam famuli tui (famulae tuae) per manus Sanctoꝝ Angelorum deducendam in sinum amici tui Abrahæ Patriarchæ, resuscitandamque in nouissimo Iudicij magni die, & quidquid vitiorum diabolo fallente contraxit, tu pius & misericors abluas indulgendo. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Si aliud etiam, Responsum debeat decantari, tunc dicatur sequens oratio: ¶ Fac quæsumus Domine hanc cum seruo tuo (ancilla tua) defuncto (defuncta) misericordiam, vt factorum suorum in poenis non recipiat vicem, qui (quæ) tuam in votis tenuit voluntatē, vt sicut, hic cum(eam) vera fides iūxit fidelium

Ceremonialis.

turmis, ita illic eum (eam) tua mi-
seratio societ Angelicis choris. Per
Christum Dominum nostrū . Resp.
Amen.

- 5 Finita oratione, deportetur cor-
pus ad tumulū, quod religiosi à Phe-
retro extrahant, & in sepulchro po-
nant, & interim Cantor maior cum
suo Socio incipiat sequentem Anti-
phonam. In paradisum deducant te
Angeli, & Conuentus deinceps di-
cat, In tuo aduētū suscipiant te mar-
tyres, & perducāt te in ciuitatem
sanctam Hierusalem: qua finita Sta-
tim ipsi Cantores incipiant Psalmū
129. De profundis clamaui ad te
Domine, quem Conuentus prose-
quatur vsque ad finem alternatim
cum requiem æternā, &c. & eodem
finito, similiter repetatur Antipho-
na. In paradisum, &c. & illico Heb-
domadarius aqua benedicta ter as-
pergat tumulum dicens Pater no-
ster. Vers. Et ne nos, &c. Res. Sed li-
bera

beranos a malo. Vers. A porta Inferi. Res. Erue Domine animam eius. Vers. Requiescat in pace. Res. Amē. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus. ¶ Absolve quæsumus Domine, animam famuli tui (famulæ tuæ) ab omni vinculo delictorum, vt in resurrectionis gloria, inter Sanctos, & Electos tuos, resuscitatus, (resuscitata) respiret. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen. Vers. Requiem æternam dona ei Domine. Resp. Et lux perpetua luceat ei. Et Religiosus qui dixit Responsum, decantet etiam, Requiescat in pace, & Conuentus respondeat, Amē. His ita peractis, Religiosi omnes suos cereos extinguat, & in Sacristiã processionaliter cum silētio reuertantur.

Si fortè, pro præsentis defuncti 6

Cæreniionalis.

anima, debeat Missa decantari, dicta oratione, Deus cui omnia viuunt, decanetur: qua finita, dicatur aliquod responsum ad libitum Cantoris maioris, & prorsus Hebdomadarius alta voce dicat. Pater noster, cum oratione, fac quæsumus Domine, & cætera dicantur, vt supra.

- 7 Si vero Conuentus congregetur, vt in Ecclesia tatum alicuius defuncti corpus comendet: officium, incipiat ab illo loco. Non intres in iudicium: & cætera fiant modo supra dicto: dummodo tamen Religiosi defuncti corpus à Pheretro nõ auferat ad tumulandũ, nisi sepeliendus habitu nostri Ordinis venerit indutus.

Caput Vigesimalum. De Tumulatione Paruulorum.



Vando puer extrahitur à domo Cantor maior incipiat sine cætu. Antiphonã. Iuuenes,

nes & Virgines, & Chorus prosequatur, senes cum iunioribus laudent nomen Domini, ipsa finita, statim Cantor maior similiter sine cantu incipiat Psalmum. 112. Laudate pueri Dominum, quem Conuentus prosequatur vsque ad finem cum Gloria Patri, &c. & ipso finito dicatur etiam Psalmus. 148. Laudate Dominum de coelis cum Gloria Patri, &c.

Cum peruentū fuerit ad Ecclesiā, statim corpus paruuli terræ mādatur, & interim dicatur similiter Antiphona. Iuuenes, & virgines, senes cum iunioribus laudēt nomen Domini. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster dicatur ab Hebdomadario Stola & Superpelliceo induto, qui aqua benedicta ter tumulum aspergat. Ver. Et ne nos inducas intētationē. Res. Sed libera nos à malo. Ver. Sinite paruulos venire ad me. Resp. Taliū

Ceremonialis

est enim regnum cœlorū. *Verf.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.* ¶ Omnipotēs sempiternæ Deus Sanctæ puritatis amator, qui animam huius paruuli ad Regnū cœlorum hodie misericorditer vocare dignatus es: concede nobis, ita innocenter agere, vt meritis tuæ sanctissimæ passionis, & intercessione Beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum tuorū in eodem regno nos cum omnibus Sanctis tuis & Electis semper facias cōgaudere. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. *Resp.* Amen.

LIBER SECVNDVS. I

¶ Caput Primum. De modo recipiendi Reuerendissimum Patrē nostrum Generalem.



VANDO Reuerendissimus P. noster Generalis in aliquod nostri Ordinis Monasterium aduenerit, cognita hora eius aduētus, religiosi omnes suis cappis albis induti, ordinatim præcedente Cruce, & duobus Acolythis cum accensis candelabris, vadant ad Ostium Monasterij, ibiq; sistant, & infine huius processionis incedat Minister, vel qui præfuerit, indutus Stola, Superpelliceo, & Pluuiali pretioso, propè quem sit Acolythus habens Ahenulū aquæ benedictæ: & vbi primū intrauerit R. P. Generalis, cum aspergat aqua benedicta Minister, vel qui præfuerit, & omnes Fratres, co

Ceremonialis.

Unde se inclinent, quo facto incipiat Cantor maior cum suo Socio decantare Psalm. 121. Letatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, quem Conuentus alternatim prosequatur usque ad finem, Cum Gloria Patri. & cæt. Et sic processionaliter omnes procedentes ducant ipsum ad Capellam maiorem, & in fine Psalmi, dicto Pater Noster, Minister, vel qui præest, dicat. Et ne nos inducas in tentationem. Respon. Sed libera nos à malo. Vers. Saluum fac Seruum tuum. Respon. Deus meus sperantem in te. Vers. Domine exaudi orationem meam. Respondetur. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Respondetur. Et cum Spiritu tuo. Oremus, ¶ Præte de Domine famulo tuo Generali nostro, dexteram caelestis auxiliij, vt te toto corde perquirat, & qua dignè possulat, assequatur. Per Christum

Dominum nostrum. Respon. Amen. Finita Oratione, ordinatim omnes eius manum deosculentur, & cum silentio in Sacristiam redeant.

¶ Caput Secundum. Qualiter recipi debeat, Rex, Princeps, vel Regina, vel Episcopus proprius, aut Legatus Apostolicus.



¶ BI primum cognitus fuerit aduentus Regis, seu Principis, omnes Fratres, suis Cappis albis induti, processionaliter pergant, ad maiorem Ecclesie Portam, præcedente Cruce, & duobus Acolythis cum Candelabris, & cereis accensis, in cuius processione prin-

Cæremonialis.

cipio incedant seniores, & iuniores in fine subsequatur: Minister verò, vel cui ipse commendauerit, Superpelliceo, Stola & Pluuiali Pretioso indutus, paruum Crucem, vel sanctas Reliquas in manibus ante pectus portet, propè quem Acolythus Ahenulū aquæ benedictæ deferat: & vbi primum Rex, seu Princeps intrauerit, & aquam benedictam (de more solito) acceperit, Portans ipsam Crucē, vel Reliquas, ad osculandum ei offerat: & protinus Cântor maior cū suo socio incipiat decantare. Resp. Tua est potencia: et Chorus prosequatur. Tuum Regnū Domine: tu es super omnes gentes. ✽ Da pacem Domine in diebus nostris: et dicti Cantores dicāt alta voce (discoopertis capitibus) in medio processionis. Vers. Creator omnium Deus, terribilis, et fortis, iustus, et misericors. Et Chorus prosequatur ✽ Da pacē. et cæt. De inde
Can-

Cantores dicant, Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sācto: et Chorus respondeat * Da pacem, et cæt. Et interim dū hæc cātantur processionaliter, præcedente Cruce, pergant in Capellam maiorem, et Sacerdos indutus dicat. Vers. Deus iudicium tuum Regi da. Resp. Et iustitiam tuā filio Regis. Vers. Saluum fac seruū tuum. Resp. Deus meus sperantem inte. Vers. Domine exaudi orationē meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. et cum Spiritu tuo. Oremus ¶ Deus cui omnis potestas, et dignitas famulatur, da huic famulo tuo Regi nostro N. (Principi nostro N.) prosperum suæ dignitatis effectum, vt te semper sequi, iugiterq; tibi placere valeat. Per Christum Dominū nostrum. Resp. Amen. Dicto Amen. Religiosi omnes in Sacristiam processionaliter cum silentio reuertantur, et debito tempore, Prælatus cū

Ceremonialis

aliquibus grauioribus, & antiquio-
ribus Fratribus ipsum Regem, seu
Principem adeant, & eius manum
deosculentur.

2 Sed si Regina ad nostrū Monaste-
riū venerit, modo supradicto recipia-
tur, cū Respōso. R. Dilexisti iustitiā,
& odisti iniquitatem. * Propterea
vnxit te Deus, Deus tuus oleo latti-
tiæ. Vers. Propter veritatē, & man-
suetudinē, & iustitiam. * Propterea
vnxit, & cæt. Gloria Patri, & Filio, &
Spiritu Sancto. * Propterea vnxit.
& cæt. Et Sacerdos, qui est indutus
dicat. Vers. Saluā fac Ancillā tuam.
Resp. Deus meus sperantem in te.
Vers. Mitte ei Domine auxilium de
Sancto. Resp. Et de Sion tuere eam.
Vers. Domine exaudi. & cæt. Resp.
Et clamor. &c. Ver. Dñs vobiscū. R.
Et cum Spiritu tuo. Oremus. ¶ Om-
nipotens; & Clementissime Deus,
qui Matrē tuā in terris præelegisti,
& eā in Coeli Palatio Reginā consti-
tuisti,

tuiſti, ita digneris (quæſumus) Regi-
nã noſtram. N. ad tuam Eccleſiam
concurrẽtẽ inſignitã ſignaculo San-
ctiſſimæ Trinitatis tibi adhærere, ti-
biq; Deo viuo, & verò ſeruire, vt tua
miſericordia interueniente, dimiſſo
Regno terrenali, Cæleſtis Regni fa-
cias, illam eſſe cõſortẽ. Qui viuis et
regnas, in ſæcula ſæculorũ. R. Amẽ.

Cum autem Episcopuſ propriuſ,
ſue Legatuſ Apoſtolicuſ, ad ali-
quod noſtræ Religionis Monafteriũ
aduenerit, ordine prædicto recipia-
tur, cãtando Reſponſum. Reſp. Ec-
ce Sacerdoſ magnuſ, qui in diebus
ſuis placuit Deo. Ideo iure iurãdo
fecit illũ Dñſ creſcere in plebẽ ſuã.
Verſ. Benedictionẽ omniũ gentium
dedit illi, & teſtamentũ ſuũ cõfirmã-
uit ſuper caput eiꝯ. Ideo iure iu-
rãdo fecit illũ Dñſ creſcere in plebẽ
ſuã. Ver. Gloria Patri, & Filio, & Spi-
ritui Sancto. Ideo iure iurando, &
cætera. Verſ. Saluum fac ſeruũ tuũ.

3

aa 4 Reſp.

Cæremonialis.

Resp. Deus meus sperantem in te.
Vers. Mitte ei Domine auxilium de
Sancto. Resp. Et de Sion tuere eum.
Vers. Domine exaudi orationem
meam. Resp. Et clamor meus ad te
veniat. Vers. Dominus vobiscū. Ref.
Et cū spiritu tuo. Oremus. ¶ Deus
omnium fidelium Pastor, & Rector.
Famulum tuum N. quem Pastorem
& Rectorem Ecclesiæ tuæ præesse
voluisti, propitius respice: da ei quæ
sumus verbo, & exemplo, quibus
præest proficere: vt ad vitam vnā
cū grege sibi credito perueniat sem
piternam. Per Christum Dominum
nostrum. Resp. Amen.

¶ *Caput Tertium. De modo Processio
nis, quæ fieri debet in secundis fe
rijs, post Missam maiorem pro de
functis, in Ecclesia, & per Clau
strum.*



MNI secunda fe-
ria, præterquam
in die octauo Pas-
chæ, Pêthecostes
Natiuitatis Domi-
ni, Circûcisionis,

& Epiphaniæ, & præterquam in Fe-
stiuitatibus, quæ tali feria contin-
gût, vbi Populus feriatur, processio
fiat pro defunctis, immediatè post
Missam maiorem, in hunc modum.
Finita Missa maiori, omnes Religio-
si, (qui non fuerint legitimè impedi-
ti) factò priùs signo cum Campana,
propè Sacristiam cõueniant, & Heb-
domadarius cum ministris, & Aco-
lythis, ad Sacristiam veniat, vbi sa-
cra Ornamenta exuant, & Hebdo-
madarius Superpellicem, Stolam,
& Pluuiale nigrum induat, & vnus
ex Acolythis ferat Crucem, alter
verò propè Hebdomadarium Ahe-
nulum aquæ benedictæ portet, &
Cantor maior illius Hebdomadæ in

Ceremonialis.

- 1 ter Religiosos distribuatur Libros, per quos dicenda sunt fidelium defunctorum Responsa: protinusq; omnes processionaliter, præcedente Cruce, ad Capellam maiorem pergant, & ubi primū ad ipsam peruenerint, Cantores illius Hebdomadæ in medio, discoopertis capitibus, incipiāt. Ref.
- 2 Paucitas dierū meorum, & Chorus prosequatur. Finietur breui. ✽ Dimitte me Domine, vt plangā paululum dolorem meum, antequā vadā ad terram tenebrosam, & operam mortis caliginē: & statim Cantores dicāt, in medio, Vers. Ecce in puluere sedeo, & in puluere dormio, & si mane me quæsieris non subsistā, & Chorus repetat. ✽ Dimitte me, & cæt. Rursus Cantores, in medio, incipiant. Kyrieleyson, & Cōuentus prosequatur, Christeleyson, Kyrieleyson, & Sacerdos dicat clara voce. Pater n̄r, & aspergat ter, aqua benedicta, & deinde dicat. Vers. Et
ne

ne nos. &c. Resp. Sed libera. &c. V.
Sacerdotes tui in duatur iustitiã. R.
Et Sãcti tui exultet. Orem⁹. ¶ Deus
qui inter Apostolicos Sacerdotes Fa-
mulos tuos Sacerdotali fecisti digni-
tate vigere: præsta quæsumus, ut eo-
rũ quoq; perpetuo aggregentur cõ-
fortio. Per Christũ Dñm nostrũ. Res.
Amé. Prædictus modus obseruetur
in reliquis respõsis, versibus, et ora-
tionibus. ¶ In primõ Angulo Clau-
stri dicatur responsũ. Qui Lazarũ
resuscitasti à monumẽto fatidũ. * Tu
eis Dñe dona requiẽ, et locũ indul-
gẽtiæ. Ver. Qui vêturus es iudicare
vivos, et mortuos, et sæculũ perig-
nẽ. * Tu eis Dñe et cæ. kyrie eleison,
Christe eleison, Kyrie eleisõ, Pater
nr. Ver. Et ne nos. etc. R. Sed libera.
etc. V. In memoria æterna erit iustus.
Res. Ab auditiõẽ mala non timebit.
Orem⁹. ¶ Oĩpotẽs sępiterne Deus,
cui nũquã sine Spe misericordiæ sup-
plicatur, ppitiare aĩabus famulorũ,
famu-

Ceremonialis.

famularumq; tuarum: vt qui de hac
vita in tui nominis cōfessione disce-
ferunt, Sanctorum tuorum numero
facias aggregari. Per Christum Do-
minum nostrum. Resp. Amen.

- 4 ¶ In secundo Angulo decantetur
Resp. Credo quòd Redēptor meus
viuit, & in nouissimo die de terra
surrecturus sum. * Et in carne mea
videbo Deum Saluatorem meum.
Vers. Quem visurus sum ego ipse, et
non alius, & oculi mei conspecturi
sunt. * Et in carne mea, & cæt. Ky-
ricieleison. Christeeleisō. Kyricelai-
son. Pater noster. Vers. Et ne nos, &
cæt. Sed libera, & cæt. Vers. Ne tra-
das bestijs animas confitentium ti-
bi. Res. Et animas pauperum tuorū
nè obliuiscaris in finem. Oremus.
¶ Deus, qui nos Patrē, & Matrē ho-
norare præcipisti: miserere clemen-
ter animabus parētum nostrorum,
eorumq; peccata dimitte, nosq; eos
in æternæ claritatis gaudio fac vi-
dere.

dere. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

¶ In tertio Angulo dicatur Res. Heu mihi Dñe, quia peccaui nimis in vita mea, quid faciam miser? ubi fugiã nisi ad te Deus meus? * Miserere mei dum veneris in nouissimo die.

Vers. Anima mea turbata est valde, sed tu Dñe succurre ei. * Miserere mei, & cæt. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Vers. Et ne nos, & c. Sed libera. & c.

Vers. Audiui vocẽ de Cœlo dicentem mihi. Resp. Beati mortui, qui in Dño moriuntur. Oremus. ¶ Deus veniã largitor, & humanã salutis amator, quãsumus clemẽtiam tuã, vt nostrã Congregationis Fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierũt, Beata Maria semper Virgine intercedente cũ omnibus Sanctis tuis, ad perpetuã beatitudinis consortium, peruenire concedas. Per Christum Dominum nostrũ.

Ceremonialis.

nostrum. Respond. Amen.

6 In quarto Angulo dicatur Respōsum. Ne recorderis peccata mea Domine ✽ Dum veneris iudicare sæculum per ignē. Vers. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam ✽ Dum veneris &c. Kyrie eleison. Christeeleison. Kyrie eleison. Pater noster. Vers. Et ne nos &c. Resp. Sed libera, &c. Vers. Requiem æternam dona eis Domine. Ref. Et lux perpetua luceat eis. Oremus. ¶ Animabus, quæsumus, Domine, famulorum, famularumque tuarum, oratio proficiat supplicatium, ut eas, & à peccatis omnibus exuas, & tuæ redemptionis facias esse participes. Qui vivis, & regnas Deus in sæcula sæculorum. Resp. Amen.

7 Cum Conuentus ad Ecclesiã reuertitur, dicatur Respōsum. Libera me Domine &c. vt infra: Et vbi primū Crux perueuerit ad Aditū Cappellæ maioris, sistat ibi, & Religiosi
ord-

ordinatim post ipsam hinc, inde, in medio Ecclesiæ stēt, vbi Responsum finiri debet. Res. Libera me Dñe de morte æterna: in die illa tremēda. ✽ Quando Cœli mouendi sunt, et terra. ✽ Dum veneris iudicare sæculū per ignē. Vers. Tremens factus sum ego, et timeo, dū discussio venerit, at que ventura ira. ✽ Quando Cæli, et cæt. Vers. Dies illa, dies iræ, calamitatis, et miseræ, dies magna, et amara valde. ✽ Dū veneris, et cæt. Ver. Requie æternam dona eis Domine. Et lux perpetua luceat eis. Resp. Libera me Dñe, et cæt. Vsq; ad Vers. (Tremēs) kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison. Pater noster. Ver. Et ne nos inducas, et cæte. Resp. Sed libera nos. et cæt. Vers. A Porta Inferi. Resp. Erue Domine animas eorum. Oremus. ¶ Deus in cuius miseratione, animæ fidelium requiescunt, famulis, et famulabus tuis omnibus, hic, et ybique in Christo quies-

8
Ceremonialis.

quiescentibus da propitius veniam peccatorum, ut à cunctis reatibus absoluti; tecum sine fine latentur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in Vnitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia secula sæculorum. Resp. Amen. Dicto Amen. Cantores in medio dicant. Requiescant in pace, & Conuentus respondeat. Amen. Quibus sic finitis, cum silentio in Sacristiam reuertantur. Interim dum hæc processio fit, vnum Cymbalum pulsetur.

¶ Caput Quartum. De Processionibus.



I N Rogationibus, quæ fiunt ante Ascensionem Domini, & in processione Litaniarum maiorum, die Diui Marci celebranda, & in processioni-

cessionibus Candelarum, & Palma-
rum, & in reliquis, quæ obligatio-
nis, deuotionis vè causa fiunt, sem-
per obseruetur consueta forma, in
Missali, & Breuiario Romano des-
cripta, similiter fiat in processione
celebranda, in festo Sanctissimæ Tri-
nitatis ante Missam maiorem.

2

In omnibus supra dictis proces-
sionibus, Religiosi omnes coopertis
capitibus, & ordinatim incedere de-
bent, (nisi ibi Sacrosanctum Christi
corpus deferatur) præcedente Cru-
ce, & duobus Acolythis cum cande-
labris, & cereis accensis. Cantor ma-
ior cum suo Socio in medio ince-
dens, incipiat decantare, quæcun-
que decantanda fuerint, & Magister
nouitiõrum in medio, etiam propè
ipsum vadat.

Cum Synodus Canonicoꝝ pro- 3
cessionaliter, ad nostra Monasteria
venerit, Conuentus processionali-
ter, etiam exeat extra maiorem Por-

Ceremonialis.

tam Ecclesiæ ad eam recipiendam,
& Hebdomadarius Pluuiali indutus
portet Sãctas Reliquias in manibus
ante pectus, quẽ comitentur Mini-
stri cū Dalmaticis, & accẽsis cereis,
& cum dicta Synodus redierit, eam
Religiosi, similiter suis Cappis albis
induti comitentur vsq; ad eundem
locum, vbi eam receperunt. Interim
dū hæ processiones fiunt, Cymba-
lum pulsetur.

¶ Caput Quintũ. De Benedictio- nibus.



IN benedicendis cine-
ribus feria quarta, in
Capite ieiunij, & can-
delis in die Purifica-
tionis Beatæ Mariæ
Virginis, & Ramis in
Dñica Palmarũ, & prædictorũ distri-
butione, & in reliquis benedictioni-
bus, quæ fieri solent, seruetur ordo

præscriptus in Missali Romano. In
benedicendis etiã vuis in festo Trã-
figurationis Dñi obseruetur, anti-
qua nostri Ordinis consuetudo.

¶ Caput Sextum. De Capitulo Ma-
gistri nouitiorum.



MAGISTER no-
uitiorum, idoneo
tempore, alternis
diebus, & vltra hos
dies, quando ei vi-
sum fuerit, Capitu-

lũ habeat cũ Religiosis sibi subditis,
facto prius ad id signo cũ Cãpana: &
vbi primũ omnes cõgregati fuerint,
Magister stans incipiat Psal. 122. Ad
te leuavi oculos meos, quem reliqui
omnes vsq; ad finẽ prosequãtur, cũ
Gloria Pañi. &c. Quo recitato, Magi-
ster dicat. V̄. Saluos fac seruos tuos
Res. Deus meus sperantes in te. V̄.
Oremus pro Papa nostro. N. Resp.

Ceremonialis.

Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatū faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus. ¶ Deus omnium Pastor, & Rector famulum tuum. N. quem Pastorem Ecclesie tuæ præesse voluisti, propitius respice, da ei, quæsumus, verbo, & exemplo, quibus præest, proficere, vt ad vitam, vnâ cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per Christum Dominum nostrum. Res. Amē. Rursus dicat Magister. ¶ Oremus, pro Ordine nostro. Resp. Domine Deus virtutum conuertere, & respice de Coelo, & vide, & visita vineâ istam, & perfice, eam, quam plantauit dextera tua. Oremus. ¶ Omnipotens sempiterne Deus, cuius Spiritu totū corpus Ecclesie sanctificatur, & re-

gitur,

gitur, exaudi nos pro Nostro, & vniuersis Ordinibus supplicātes, vt gratiæ tuæ munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per Christum Dominum nostrū. Resp. Amē. Deinde idem Magister dicat. Vers. Oremus pro Rege nostro N. Resp. Domine saluum fac Regem: & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Oremus. ¶ Omnipotens sempiternus Deus, clementiam tuam supplices exoramus, vt Populo tuo in tanta necessitate posito, misericorditer succurras, & Regem nostrum N. quē ei dedisti, benignus illustres, quatenus per te, ab omni aduersitate defensus, eundē Populum, & euigilanter regere, & iustē gubernare valeat. Per Christum Dominum nostrū. Resp. Amen.

Post hæc Magister incipiat Psalmum .129. De profundis clamaui ad te Domine, quem omnes alij alternatim prosequantur, cum

Requiem æternā, & cæt. Quo finito
 dicat Magister Pater noster, & Ver.
 Et ne nos inducas. &c. Resp. Sed li-
 bera nos à malo. Ver. A porta Inferi.
 Ref. Erue Domine animas eorum.
 Vers. Requiescāt in pace. Ref. Amē.
 Ver. Domine exaudi orationē meā
 Resp. Et clamor meus, &c. Ver. Do-
 minus vobiscum. Ref. Et cum spiritu
 tuo. Oremus. ¶ Deus veniæ largitor
 & humanæ salutis amator, quæsu-
 mus clementiam tuam, vt nostræ
 Cōgregationis fratres, propinquos,
 & benefactores, qui ex hoc sæcu-
 lo transierunt, Beata Maria semper
 Virgine intercedente, cum omni-
 bus Sanctis tuis, ad perpetuæ beati-
 tudinis consortium peruenire con-
 cedas. ¶ Fidelium Deus omnium
 Conditor, & Redemptor animabus
 famulorum, famularumque tua-
 rum remissionem cunctorum tri-
 bue peccatorum, vt indulgentiam,
 quam semper optauerunt, pijs sup-
 plica-

plicationibus consequantur. Qui
 viuis, & Regnas Deus, in sæcula sæ-
 culorum. Ref. Amen. Ver. Requiem
 æternam dona eis Domine. Ref. Et
 lux perpetua luceat eis. Verf. Re-
 quiescant in pace. Ref. Amen.

His præhabitis, Magister sedeat, 3
 & seruato ordine Capituli Conue-
 ntualis, tradito in cap. 18. li. 3. nostra-
 rû Constitutionum, singulorû cul-
 pas audiat, & puniat, & ad id etiam
 duos Proclamatores ex eisdem fra-
 tribus professis, singulis mensibus
 constituat, qui in terra sedeât, dum
 reliqui omnes suas culpas profiten-
 tur, & quâdo alios (modo consueto)
 proclamauerint, sint genibus flexis,
 & post singulas proclamationes ite-
 rû sedeât: vltimoq; loco surgant, &
 ante Magistrum stantes suas culpas
 similiter proferant.

Puri nouitij stent ante Magi- 4
 strum, quousque ipse eos reprehen-
 dat, & puniat, & in terra iterum

Ceremonialis.

sedere iubeat, Professi verò post-
quã suas culpas protulerint, & ag-
nouerint, si verberandi non fuerint,
accepta alia poenitentia in suis locis
sedeant, alioquin enim stabũt, quo-
usq; à Magistro flexis genibus disci-
plinam accipiant.

- 5 In toto hoc capitulo, tã puri no-
uitij, quam Religiosi professi, simul
adesse debent. Post hæc nouitiorũ
Magister iuxta formã Capituli Con-
uentualis, Capitulum finiat.

*¶ Caput Septimum. De Officio Cano-
torum.*



I N quolibet nostri
Ordinis, Monaste-
rio quatuor Cantor-
es esse debẽt. Sci-
licet duo maiores,
& duo minores, pro
vt in. §. 12. lib. 1. cap. 2. nostrarũ Cõ-
stitu-

stitutionum disponitur: qui, modo infra assignato, suum officium præstare debent.

Cantor maior, semper Chorum gubernet, & omnes tam in psallendo, quam in recitando eum sequantur: & inuiolabiliter obseruent Seriem officiorum ab ipso in Choro affixam, & ordinem ab eodem traditum circa festorum, & feriarum recitationem, in cuius absentia, eius Socius vicem gerat: & cum vterq; defuerit, Cantor maior illius Hebdomadae: & in huius absentia, eius Socius.

Cantor maior iuxta ultimam constitutionem libri secundi, in vnaquaque Hebdomada faciat officiorum Tabulam.

Omnes Religiosi, in conspectu Cantoris maioris, idoneo tempore, & loco, proferant Lectiones, Epistolas, Euangelia, et omnia alia, quæ in Choro, Ecclesia, processionibus vè, psallere, vel recitare debent, in quibus

Cæremonialis

omnibus formam, & ordinem à Cā-
tore maiore præscriptum, diligēter
custodiant, & dum hæc fiunt, silen-
tiū obseruetur. In absentia Cātoris
maioris hæc similiter prouideantur
corā eius Socio, & cum vterq; de-
fuerit, in cōspectu Cātoris maioris
illius Hebdomadæ, & in huius ab-
sentia, coram eius Socio.

- 5 Cātor maior religiosus per Choros
distribuat, & nullus ex vno Choro
ad aliū se transferat, nisi quando ip-
se iusserit. Idē oēs processiones ordi-
net, & regat incedēs in medio, cū suo
Socio, & in festis sequentib⁹ vterq;
Chorū teneat, scilicet, in festiuitatib⁹
Natiuitatis Dñi, Epiphaniæ, Ascē-
sionis, Pēthecostes, Corporis Christi, S.
Trinitatis, Assūptionis B. Mariæ, SS.
Petri & Pauli, Omniū sanctorū, Na-
tiuitatis S. Ioānis Baptistæ, Dedicā-
tionis propriæ Ecclesiæ, Patronis Ec-
clesiæ, & in die Resurrectionis Dñi
cū tribus præcedētibus diebus, & in
die

die Cōmemorationis omniū defun-
ctorū: & in reliquis festiuitatibus,
Chorū teneant Cantores illius Heb-
domadæ, & oēs quatuor Cantores
simul, in festis suprà assignatis, decā-
tare incipiant, Introitū Missæ Cōue-
tualis, & cantēt Verf. & Gloria Pa-
tri, &c. Et Requiē æternā, &c. Et Be-
nedicamus Dño, in Vesp. & Laudib.

Quando Prælati debuerit ali-
quā Antiphonam incipere, Cantor
maior, & eius Socius se ante eum in-
clinantes, eam illi cōmendent: Heb-
domadario verò, vel eius officium
gerēti solus Cātor maior illius Heb-
domadæ, vel in ipsius absentia, eius
Socius, quācunq; Antiphonā dicen-
dā cōmendabit capite inclinato.

In festis duplicibus, & semidupli-
cibus, & cū corpus defuncti præsens
fuerit, duo Cātōres incipiāt Introitū
Missæ, & dicāt Ver. & Gloria Pñi. &c.
vel Requiē æter. &c. In his etiā die-
b⁹ (exceptis semiduplicib⁹) Antiph.
incipiāt, & Psa. quos singulos vterq;

Cæremonialis.

versus Choros incipiat : inchoando à parte Hebdomadarij: in festis verò simplicibus, et ferijs et in cõmuni bus Missis defunctorũ Cãtor maior Hebdomadæ (vel eius Socius, in ipsius absentia) incipiat cuiuslibet Missæ Introitum, & solus dicat Versum, et Gloria Patri: in his etiam diebus, et in semiduplicibus vnusquisque Psalmos sui Chori inchoet.

8 In omnibus diebus duo Cantores simul dicant Responsorialia in Matutinis: Inuitatorium autem, et Benedicamus Domino, solùm dicere debent simul in festis duplicibus, et Requiescat in pace, quando corpus defuncti fuerit præsens.

9 In supra dictis festis Primæ classis Tenens Chorum in libris ordinet, & designet, quæcunq; decãtanda fuerint, in reliquis verò Cantor maior Hebdomadæ.

10 Versicularij omni tempore assignent, et ordinent in libris, quæ fuerint

rint recitāda, eosdemq; libros claudant, & aperiant, & omnes alios in Choro deseruientes, eosq; in Pulpi-
to ponant, & auferant: & in omni-
bus diebus dicant Versos, & breuia
horarum Responsorialia, & quando cū-
q; officium non fit duplex, incipiāt
Antiphonas, et dicant Inuitatoriū,
et Benedicamus Domino, ad Ves-
peras, et Laudes, et Requiescant in
pace, in Officio defunctorum.

In festis autem simplicibus, et in
ferijs, vnus tantū Versicularius ex
parte Hebdomadarij dicat breuia
hararum Responsorialia, Versus, Inui-
tatorium, et Benedicamus Domi-
no: idem etiam dicendi modus ob-
seruabitur, in officijs defunctorum,
quæ iuxta Breuiarij Romani formā
per annum recitantur: alius verò
Versicularius in paruo officio Bea-
tæ Mariæ recitet Inuitatorium, et
Versus, et quilibet Versicularius ex
suo Choro incipiat Antiphonas in

II

hoc

Cæremonialis.

hoc officio dicēdas: incipiēdo à parte, quæ nō est Hebdomadarij, ex qua etiā Versicularius Antiphonas Cantorū inchoet, qui similiter primā proferat lectiōnē, secūdā verò alius Versicularius, & tertiā Cātor minor Hebdomadæ: harū lectiōnū Respōsoria Chorus dicat, Versus verò eorūdē, pronūtiēt, qui lectiōes dixerint.

12 In officio duplici, & semiduplici duo Cātores incipiāt Cātica, & Hymn. in simplicibus verò & ferijs vnus tantū Cantor ex parte Hebdomadarij hæc eadē incipiat: in officio aut̄ paruo B. Mariæ Cātor minor Hebdomadæ Hymnos, & Cantica inchoet.

13 In vigilia Natiuitatis Dñi sit Pronūtiator Kalendarū Cātor maior, vel cui ipse specialiter cōmiserit. Versicularij iuxta Pulpitū stent, & ad omnes horas librorum folia vertant.

¶ *Caput Octauum. De tempore pulsandi ad horas.*

IN



Nomnibus nostris Mo-
nasterijs à die Exalta-
tionis S. Crucis, vsq; ad
diē Resurrectionis Dñi,

ad Vesp̄e. pulsetur hora secūda post
meridiē, ad Cōpletoriū hora quarta
ad Matutinas media nocte, ad Laud.
cū chorus ipsas inceperit: ad Primā,
manē hora sexta, ad Tertiā hora No-
na, ad Missā Cōuentualē, dū Tertia
in Choro dicitur, & in dieb⁹ ieiunij
dū Sexta recitatur, quia tūc imme-
diatē post Primā, Tertia etiā dicitur:
ad Sextā pulsetur immediatē post
Missā maiorē, exceptis ferijs, simpli-
cib⁹, & dieb⁹ ieiunij, tūc enī, Sexta an-
te Missā dicitur, & post Missā nulla
fit pulsatio. Ad Nonā imediatē post
prandiū pulsetur, quæ in capitulo re-
citari debet post finē gratiarū, exce-
ptis diebus ieiunij, in quib⁹ Nona di-
citur ante Missā Cōuentualē nulla
facta ad Nonam pulsatione.

A die verò Resurrectionis vsq; ad
diem Exaltationis Sanctæ Crucis.

Cæremonialis.

Ad Vesperas pulsetur hora tertia post meridiem, ad Completorium hora quinta, ad Matutinas media nocte, & postea ad Laudes: ad Primam, manè hora quinta, ad Tertiam hora octaua, exceptis diebus ieiunij, in quibus pulsetur hora nona; ad Sextam immediatè post Missam maiorem, exceptis ferijs, simplicibus, & diebus ieiunij, quia tunc ante Missam recitatur, & post missam nulla pulsatio fit: ad Nonam hora prima post meridiem, exceptis diebus ieiunij, in quibus Nona recitatur, vt supra dictum est, & excepto die Ascensionis Domini, in quo hora duodecima ad Nonam pulsetur.

3^{mo} Cum verò in quadragesimali tempore, immediatè post Missam Conuentualem vespere proferri debeant (exceptis Dominicis diebus) ad eas prima vice pulsetur, cum Chorus Agnus Dei, decantauerit, secunda verò vice, finita Missa.

Missis

Missis Conuentualibus (more solito) ad Offertorium Cymbalum pulsetur.

¶ Caput Nonum. De Modo pulsandi ad Horas.



AD Vesperas, & Matutinas festiuitatum Primæ & Secūdæ classis ter pulsetur, & hæ omnes tres pulsationes, cum maioribus Cymbalis fiant in festis Primæ classis, in festis autē secundæ classis, duæ priores fiant cum dictis Cymbalis, tertia verò cū Campana. Ad Primam, Tertiā, Nonam, & Completorium harum festiuitatum duæ fiant pulsationes, Prima cum Cymbalo, secunda cum Campana, excepta Nona, harum festiuitatum temporis hyemalis, ad quam semel tantum Cymbalū pulsetur

Cæremonialis

setur: ad Laudes, Missam, & Sextã earundem festiuitatum, semel etiã tantùm Cymbalum pulsetur. In omnibus alijs diebus totius anni, ad Vesperas, Completorium, Matutinas, Primam, Tertiam, & Nonã, duæ pulsationes fiant, prima cum Cymbalo, secunda cum Cãpana, excepta Nona temporis hyemalis, ad quã semel tantùm Campana pulsetur: in his etiam diebus, ad Laudes, & Sextam, semel tantùm pulsetur Campana, & ad Missam, semel tantùm Cymbalum pulsetur.

(?)

¶ *CAPVT Decimum. De Cæremonijs in Choro obseruandis.*



LTIMO signo finito, religiosi in Chorum ingrediantur, & accepta aqua benedicta, accedentes ad

Chori medium religiosè, & humiliter versus altare se inclinabunt, & postmodùm versus Prælatum fiat alia inclinatio, si iã in suo loco fuerit: & statim ad suas sessiones ibunt, ibique genuflexi signo Crucis se signantes dicent secretò orationè Dominicã, & ibi in oratione permanebunt, quoadvsque Prælatus det signum, quo dato, surgent, & inclinabitur Chorus contra Chorum ad Pater Noster, & Aue Maria, donec iterum à Prælato fiat signum, & statim Horæ incipiãtur, quæ recitabuntur conformiter ad Breuiarium Romanum ex decreto Sanctæ Romanæ Ecclesiæ editum, in nullo eius cæremonijs prætermisissis.

Dum dicitur Deus in adiutoriũ, ad

1 altare conuertentur, se signantes, Hebdomadario existente extra suã sessionem, & in loco consueto, illud incipiente: Chori autem per Hebdomadas alternatim officium Hebdomadarij exercebunt: in prima Dominica Aduentus, à qua ordo orandi incipit, officium Hebdomadarij à Choro Ministri incipiat.

3 Qui in Choro fuerit aliquid cantaturus, vel recitaturus, vel in tono dicturus, erectus esse debet versùs altare, vbi verò finem fecerit, altari se inclinabit.

4 Quoties fratres accesserint, aut discesserint à Pulpito, ad Altare inclinabuntur: cum Psalmi cantantur, Chorus contra Chorum sit, & fratres Sacerdotes inuicē ad Psalmos sedebunt, incipiendo à Choro Hebdomadarij, exceptis duplicibus Primæ classis, in quibus horæ incipiuntur à Choro Prælati, fratres verò nō Sacerdotes ad Pulpitum, versùs al-

tate

tare remanebunt, ordinatim, ita vt vnus post alium in modo alarū stet, & ad nihil aliud attendant, nisi ad id, quod cātatur, vel recitatur, quod omnes facere tenentur, tanta enim religione, honestate, reuerentia, & deuotione existentes in Choro fulgère debent, vt decet eos, qui opus Dei non negligerent agunt.

Si quisquam frater defuerit principio horarū absq; licentia, inclinabitur (facta prius genuflexione) petens veniam in medio Chori, vsq; dum Prælatus, eam, dans sonitum, concedat, qui inclinans se ad Prælatum ibit ad sessionem, inclinans se ad fratres, interquos, sedere debet, qui etiam inclinabuntur reuerenter & charitatiuè.

Quicumq; Religiosus in Choro cantans, vel legens, in aliquo offenderit petens veniã percussio pectore genua flectat, & surgat.

Si aliquis frater obtenta facultate

Ceremonialis.

re à Choro exierit, reuersus, prius se humiliter inclinet versùs altare, postmodù versùs Prælatum, & in suum locum vadat.

8 Dum proferuntur Lectiones, & Respõsoria Matutinarũ, vel Lectiones officij defunctorũ, & dũ Epistola decãtatur, & post dictũ Offertoriũ vsq; ad initiũ Præfationis religiosi omnes, tam Sacerdotes, quàm non Sacerdotes, sedeant: qui omnes dũ paruũ officium B. Mariæ recitatur, aliquantulũ extrà suas sedes stët: & nocturno tẽpore, dũ hoc officiũ dicitur, candelæ in Choro sint accẽsæ.

9 In diebus ferialibus & Missis defunctorũ, genua flectant omnes ad primas orationes ante Epistolam, & ad vltimas post Cõmunionem: & cũ Chorus dixerit Sanctus, genua flectant, & ita permaneant, vsq; ad Per omnia sæcula, ante Agnus Dei: item ad Versum, Adiuua nos Deus salutaris noster, in Quadragesima:

ad Versum, Et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, & Homo factus est: quo dicto, omnes facto signo Crucis in terra, eam deosculentur: genua etiam flectant, dū dicitur, Verbum caro factum est: Et procidentes adorauerunt eum: Et inclinato capite emisit spiritum: & Flectamus genua: & in Præfationibus dum dicitur, Gratias agamus Domino Deo nostro: & ad Introitum Missæ Sanctissimæ Trinitatis, dum dicitur, Benedicta sit Sancta Trinitas: & ad Introitum Missæ B. Mariæ, cū dicitur, Salve Sancta parens: itē cū in Missa Sancti Spiritus dicitur Versus: Veni Sācte Spiritus: &c. In Vesperis cū dicitur. Veni creator Spiritus: & Ave Maris Stella: & Deposuit potēs de sede: surgāt autē dicentes: Et exaltauit humiles: item sint genib⁹ flexis, cū dicitur. Te ergo quæsumus tuis famulis subueni, quos pretioso sanguine redemisti.

Cæremonialis.

10 Inter Pascha, & Penthecosten non fiūt genuflexiones etiam, in Ferialibus, nisi ad Eleuationem Sacramenti, & ad Incarnatus est, &c. & Verbum caro factum est, & Veni Sancte Spiritus, &c. & ad Hymnos. Veni creator, & Ave Maris Stella. Si pro tēpore dicendi erūt: & generaliter quotiescūq; concionator dicit, Ave Maria, omnes genua flectāt.

11 In alijs genu flexionibus (quæ fieri præcipiuntur, & hīc non sunt exceptæ) occurrentibus inter Pascha, & Penthecosten, Religiosi solummodò se profundè inclinent, quod semper facient, quandò in officio defunctorum, dixerint, Deposuit potentes de sede: & omni tempore, quando dicitur, Sit nomen Domini benedictum: & Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto: & in vltimis Versibus Hymnorū idem obseruabunt: & in prima oratione Missæ ante Epistolam, & in prima etiam oratio-

oratione post Communionem, vsq;
ad Per Dominum nostrum, vel vsq;
ad, Qui viuis, & regnas: vel vsq; ad,
Et famulos tuos. (Exceptis Missis
ferialibus, & defunctorum, in qui-
bus ad has orationes, Religiosi sunt
genibus flexis, vt supra dictū est,)
ad cæteras orationes stabunt om-
nes fratres in suis sedibus, vultibus
ad altare versis.

Ad nomen Sanctissimæ Trinita- 12
tis, Iesu, Mariæ, & cū dicitur Humilia-
te capita vestra Deo, cū sua oratio-
ne, omnes capita sua inclinent. In
Hymno Te Deū laudam⁹, quādo ter
dicitur, Sāctus, Chorus contra Cho-
rū profundè se inclinet, & etiam in
Missā, finita Præfatione, antequā ad
Pulpitū accedant, vt Sāctus decan-
tetur: & in Cantico, Benedicite, ad
versum benedicamus Patrem, & Fi-
lium cum Sancto Spiritu.

Quicumque ad aliquid dicēdum 13
benedictionem petierit, se etiam

Caeremonialis.

profundè versùs Chorū oppositum humiliet. Cū in Prima dicitur, Adiu torium nostrum in nomine Dñi, stet Chorus cōtra Chorū, & idē obseruetur cum in ipsa Capitulū dicitur post Martyrologium, ad quod omnes sedeant. Dum fratres in Prima, & Cōpletorio, generalem Confessionē fecerint, & absolutionē receperint, sint profundè inclinati Hebdomadario stāte: cum verò Hebdomadarius generalem fecerit Cōfessionem, & Chorus dixerit, Misereatur tui. & cæt. Chorus stet, & ille profundè se humiliet.

15 Ad Præfationē omnes sint versi ad altare, et dū Euāgeliū decātatur, in cuius principio, et fine, omnes se signo crucis signēt, et stēt extrā suas sedes.

16 Ad Magnificat, Benedictus, Nūc dimittis, et Te Deum laudamus, sint etiam extrā suas sedes, Choro contra Chorum existente.

In Missa post Eleuationē calicis 17
statim facto signo Crucis in terra,
eam deosculentur.

Quidquid ad Missam, vel ad ho- 18
ras Canonicas in organo pulsandū
fuerit, Cantor qui officium fecerit,
in medio Chori stans, discooperto
capite, voce distincta, et intelli-
bili, solus recitet.

Dū verbū Dei populo proponi- 19
tur, oēs iuxtā Chori clathros sedeāt.

Religiosi omnes, solū vadant in 20
Chorum suis cappis albis induti,
in diebus, in quibus post Missam
maiorē, vel antē, processio, aut be-
dictio, aut absolutio, aut alicuius re-
ligiosi professio, vel tumultatio, fieri
debet, et in alijs temporibus in hoc
cæremionali assignatis, exceptis
processionibus Litaniarum, et de-
functorum, quæ in ferijs secūdis ce-
lebrantur.

Si post finē Missæ in Choro non 21
sit aliquid recitandum, facta breui
ora-

Cæremonialis

oratione, & dato signo à Prælato, omnes bini & bini, priùs se profundè inclinantes in medio Chori cum filètio, & religione ordinatim exeant, primò iuniores, deinde seniores, præterquam ad Completoriũ, in quo prius exire debent seniores, & postmodũ iuniores, quos singulos egredientes aqua benedicta Prælatus aspergat.

¶ Caput Vndecimum. De Vesperis solennibus, & alijs.



IN festiuitatibus Primæ clas̃is, ad principium Vesperarum, & ad Magnificat, quinque Pluuialia deferri debèt, in festis verò, Natiuitatis D^o mini, Resurrectionis, Spiritus Sancti, & Sanctissimæ Trinitatis, septem portari possunt.

In festiuitatibus autem Secundæ 2
classis feriatis, tria deferantur: in his
verò, quæ non feriantur, & in alijs
festis duplicibus, feriatis, & in die-
bus Doctorum Ecclesiæ, vnum tan-
tùm Pluuiiale portetur.

In duplicibus Primæ classis annu 3
meretur festum Sanctæ Agnetis se-
cundò, & in duplicibus secundæ clas-
sis Transfiguratio Domini.

Quando vnum tantùm Pluuiiale
defertur: tunc officium peragens
Amictum, Superpelliceum, & Stola
induat: si verò plura Pluuialia fue-
rint deferenda, tunc celebrans Ami-
ctum, Albam, & Stola induat.

In omnibus Vesperis, in quibus
tria, vel plura Pluuialia assignantur,
celebrans in Capella maiori (more
solito) Vesperarum initium faciat:
quod semper obseruetur, etiam si,
propter aliquam solennitatē, Vef-
peræ in alia Capella sint finiendæ.

Quandocunq; Prælati officium, 6
vel

Cæremonialis.

vel Missam celebrauerit seniores
secum deferat.

¶ *Caput Duodecesimum. De Cære-*
monijs obseruandis in feria quin-
ta Cænæ Domini.

¶ De Cómunione eiusdem diei.

I



O C die ad Primã, om-
nes horæ vsq; ad Nonã
inclusiuè, recitentur, &
postea omnes religiosi,
diligenter se præparent ad Sacro-
sanctum Eucharistiæ Sacramentũ
acipiendũ, postquam celebrãs Cor-
pus, & sanguinem Christi sumpserit,
in qua acceptione, tot Sacerdotes
vnaquaq; vice communicent, quot
in primo gradu altaris esse potue-
rint, & hiç ordo in reliquis obseruetur,
dũ modo prius seniores, deinde
verò iuniores communicent, & Sa-
cer-

cerdotes dum cōmunicant, habeāt Stolas super humeros.

2
Finita Cōmunionē religiosorū, statim celebrans iisdē benedictionē largiatur: quibus in Chorū reuersis, protinus eodem loco Sacramētum Eucharistiæ celebrans viris laicis administret: postea verò fæminis in Adyto Ecclesiæ iuxta gradum Capellæ maioris, quos omnes ministri altaris purificent, vt moris est.

3
Quibus finitis, celebrans ad altare rediens propeque cornu Evangelij stans, versus populum, eundē, solito more benedicat.

¶ De Mandato Pauperum.



1
INITIS Vesperis huius diei, Dominus Procurator, & Religiosus qui curā habet tōsuræ fratrum omnia necessaria ad mandata-

Ceremonialis.

Mādatum pauperum, habeāt præparata in Claustri angulo, vnde ad Ecclesiam patet aditus, vbi duodecim pauperes sedeant in scabellis tapetibus ornatis, ad quorū pedes sint storeæ: & protinus, Tabella bis pulsata, omnes suis Cappis albis induti in Capellam maiorem conueniant, & ab ipsa statim processionaliter exeant, primū seniores, nouissimè verò iuniores, præcedente Cruce, cum Acolytis, & Turifera-rio: Celebrans erit in processione vltimus indut⁹ Amictu, Alba, Stola, & Pluuiali pretioso, vnà cum Diacono, & Subdiacono pretiosis Dalmaticis ornatis, Diaconus autem Euāgeliorum librū in manibus ante pectus portet: & vbi ad locum in Claustro præparatum, in quo celebrans sedere debet, peruenerint, Crux cū Acolythis ibi sistat, & Religiosi omnes ordinatim stēt ad vnū latus è regione pauperum, & propè

Cru-

Crucem sint seniores, deinde iuniores.

Cum celebrans ad locū suæ sessionis peruenerit, breuiter sedeat, & an omnia sint debite præparata inquirat, quib⁹ paratis, surgat, & incensum benedicat, & Diaconus ante ipsum genuflexus, benedictionē accipiat, & Celebrantis manum deosculetur, & stans ad latus Prælati propè pauperes versus populū, librum in manibus Subdiaconi ante pectus existentem aperiat. Et dicto Dominus vobiscum, & Sequentia Sancti Euangelij, & cæt. Ipsum thurificet, & deinceps solenniter decātet Euangelium, Ante diem festum Paschæ, & cæt. quo finito Subdiaconus librum deosculandum Celebranti offerat, ipsumq; Diaconus ter incenset: & qui fert Crucem, simul cum Acolythis, ad extremum locum fratrum iuniorum vadat, vbi stent, vsq; ad finem Mandati, & in-
dd terim

Ceremonialis

terim ministri altaris Pluuiale à Celebrante auferant, qui præcinctus linteo, mappa super humeros extensa, decantet Dominus vobiscum, & postea. Oremus. ¶ Actiões nostras, quæsumus Domine, aspirando præueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio, & operatio, à te semper incipiat, & per te cæpta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amén. Qua finita statim flexis, genibus pauperum pedes lauare incipiat, ipsosq; abluens deosculetur, & in hoc ministerio Diaconus, & Subdiaconus illi inseruiant.

3 Interim dum pedes lauatur, Cætor maior cū suo Socio incipiet, alijs prosequentibus, quæ in Missali Romano ordinantur.

4 Finita ablutiõe pedū, Celebrās genuflexus, singulorū pauperū manus dexteris lauare incipiat, super Paropsidē à Subdiacono genuflexo subpositā, & similiter Diacono de super aquam vrceo infundēte, & mappā

subministrante: & vbi primū cuius
uis pauperis manū lauerit, & abster-
ferit, de cratère, quē domus Procu-
rator genuflexus præ manibus ha-
beat, consuetum denarium acci-
piens, in lota pauperis manu, ponat,
ipsamq; deosculetur.

Humilitatis ergo officio expleto, 5
deposito linteo, & mappa: accipiens
Celebrans Pluuiale sedeat, & lauet
sibi manus, ministrante Diacono, &
Subdiacono, & postea stans decan-
tet Pater noster: Vers. Et ne nos in-
ducas in tentationem. Resp. Sed li-
beranos à malo. V. Tu mandasti mā-
data tua Dñe. Ref. Custodiri nimis.
V. Tu lauasti pedes discipulorū tuo-
rū. Ref. Opera manū tuarū ne des-
picias. Vers. Dñe exaudi orationē
meā. Ref. Et clamor meus ad te ve-
niat V. Dñs vobiscū. Ref. Et cū spiri-
tu tuo. Oremus. ¶ Adesto. Domine,
quæsumus, officio seruitutis no-
stræ, & quia tu discipulis tuis pedes
dd 2 lauare

Cæremonialis.

lauare dignatus es, ne despicias
opera manuum tuarum, quæ nobis re-
tinenda madaſti: vt ſicut hinc nobis, &
à nobis exteriora abluuntur in-
quamenta, ſic à te omnium noſtrum in-
teriora lauentur peccata quod ipſe
preſtare digneris. Qui viuis et reg-
nas Deus per omnia ſæcula ſæculo-
rum. Reſp. Amen.

- 6 His finitis, omnes cum ſilentio
proceſſionaliter in Sacriſtiã reuer-
tantur: vnde Celebrans, et eius mi-
niſtri (exutis ſacris veſtimentis) cū
ſenioribus fratribus ad locum pau-
perum accedat, et ſinguli ſingu-
los ad locum Deprofundis dedu-
cant, vbi eos federe faciant in men-
ſa ibidẽ præparata, et factõ bis ſig-
no cum Tabella, omnes fratres in
Reſectorium ingrediantur, et poſt-
quam Celebrans mēſam benedixe-
rit iuxta formã Breuiarij Romani, et
omnes ſederint in ſuis locis, Lector
primæ menſæ, in oſtio Reſectorij in
ſcamno

scamno, sedēs, nō petita benedictio-
ne Lēctionē more solito incipiat: fa-
ctoq; signo à Prælato, fratres ex se-
niorib⁹ ab eodē deputati, primas por-
tiones inter pauperes distribuunt,
eisq; vsq; ad finem mensæ inser-
uiant: in Refectōrio verò consueti
seruitores administrant.

¶ Finita mensa pauperum, aliquis 7.
Sacerdos ex ministrantibus, clara
voce iuxta eos solitas gratias Deo
agat: Religiosi verò infine mensæ
traditum ordinem in Breuiario Ro-
mano obseruent.

¶ De Mandato Religiosorum.



DONE O tempore,
facta bis cum Tabella
pulsatione, omnes
religiosi in Sacristiam
conueniant, vbi Pa-
ter Prouincialis, (&

dd 3 in

Cæremoniatis.

in eius absentia Minister) amictum,
albamq; induat, & Stolā cū Pluuiali
violaceo, Diaconusq; Euangelium
decantaturus, & Subdiaconus Cru-
cē portaturus pretiosa Paramēta al-
bi coloris induāt, & inde omnes pro-
cessionaliter, præcedente Cruce,
Thuriferario, & Acolythis cū cereis
accensis ad Capitulū pergāt, quod
Sacrista, & eius socius diligenter
præparent (vt moris est): & vbi om-
nes ad ipsum peruenerint, Crux fi-
stat in medio primi gradus altaris,
cum Acolythis hinc, inde stantibus,
& post Crucem sit Thuriferarius,
reliqui verò religiosi ordinatim in
suis Choris stent: et protinus Dia-
conus, benedicto prius incenso à
Præfato, in manibus ante pectus li-
brum deferens, flexis genibus à
Præfato benedictionem accipiat,
eiusque manum deosculetur, et se
erigens, in Pulpitoque librum ape-
rens decantet Dominus vobiscum
et

et Sequentia Sancti Euangelij, & cætera. & librum thurificet, incipiatque Euangelium. Ante diem festum Paschæ, quo finito, Diaconus ter Prælatum incenset, qui statim Pluuiale deponat, & se linteo præcingat, mappaque super humeros extensa, cantando dicat. Dominus vobiscum, & Oremus. ¶ Actiones nostras, & cætera, vt supra: dicta hac oratione, & Responso Amen. Fratrum pedes genibus flexis lauare incipiat, & abstergere, quos deosculetur, inchoans à Ministro, si Pater Prouincialis officium peragit, alioquin à Vicario.

Interim dum pedes lauantur, omnes sedeant, in suis locis, Diaconus verò in scabello ante Pulpitum tapete ornato, Subdiaconus autem cum Acolythis, & Thuriferario prope altare: & eodem tempore Cantor maior cum Socio,

Cæremonialis

incipiat, alijs prosequentibus, quæ in Missali Romano ordinantur.

3 Postquam Prælatus, Ministri, vel Vicarij pedes abluerit, (si sibi videbitur) quem prius lauerit, in adiutorē propedibus fratrum lauandis assumet, & in hoc ministerio Diaconus, & Subdiaconus Hebdomadæ sine Paramētis inseruiāt, aliq; religiosi, quos Prælatus assignauerit.

4 Si tamen Prælatus, per se solum, tam excellens ministerium, quanuis humile, exequi voluerit, à Choro dextero incipiat, & deinde pedes eorum, qui in sinistro Choro sunt, lauabit.

5 Vbi primum Pater Prouincialis omnium pedes lauerit, Minister linteo præcinctus, Patris Prouincialis pedes in sede sua abluet genibus flexis, abstergat, & deosculetur, nec non eorum, qui simul cum ipso humilitatis officium fratribus deuotè exhibuerūt. Si autem Minister officium

cium peregerit, Vicarius hæc eadē præstet. Et sic omnibus expletis, & resumpto Pluuiali: dictisq; à Prælato, quæ in Missali Romano, post expletum Mandatum ordinantur, lotionis pedum peragitur officium, & Prælati ibidem protinus sacra vestimenta deponat.

Postea Diaconus dicto loco sedens, in modum lectionis, cætera, quæ sequuntur, decantet, & cum dixerit, Surgite eamus hinc, omnes surgant, & processionaliter cum silentio, in Refectorium vandant, ubi in suis locis sedeant, & Subdiaconus portans Crucem, Acolythi, & Thuriferarius propè primam mensam sedeant: Diaconus verò in medio Refectorij in scabello tapete ornato sedens, lectionē prosequatur, & Prælati, breui mora interiecta, manu silentium indicens, sine pronuntiatione aliqua, signo Crucis mensam benedicat, Diaconoq; similiter

Cæremonialis.

lectionem prosequente, fratres religiosam refectionem accipiant, in cuius fine Diaconus non dicat, Tu autem Domine, sed dato signo à Prælato, omnes pariter surgant, et dicto (submissa voce, inclinatisq; capitibus) Sit nomē Domini benedictum, cum silentio processionaliter in Sacristiam reuertantur, & inde exeuntes religiosi omnes simul inuisant Sanctissimum Christi Corpus, vbi flexis genibus in oratione, et contemplatione permaneant, quousque Prælatus signum redeundi faciat, remanentibus ibidem aliquibus religiosis à Prælato assignatis.

¶ *Caput Decimum tertium. De Processione facienda feria Sexta in Parasceue, immediatè post Vesperas.*



Feria quinta in Cœna Dñi Celebrans tres hostias consecrare debet, è quibus vnã eodẽ die assumat, aliæ verò duæ in custodia reseruentur ad crastinũ: quarũ Celebrans officiũ feria sexta vnã assumat, et altera in processione deferatur, vt in sepulchro vsq; ad diẽ Resurrectiõis reseruetur.

Hac die Celebrans post cõmunionem hostiam in processione deferendã inter corporalia in archula ponat super Aram in medio Altaris, et panno serico nigri coloris cooperiat, depositaq; Casula, flexis genibus cũ ministris Vesperas recitet, iuxta modũ in Breuiario Romano præscriptum.

Interim dũ Vesperæ recitãtur, vñdecim religiosi in Sacristia induant amictus, vultus cooperientes, et albas, funibusque se præcingant, et
in

Cæremonialis.

in capitibus super amictus, coronas ex funibus intextas imponât: è quibus solùm quatuor Sacerdotes, qui Pheretrum portare debent, habeât Stolas ante pectus in modum Crucis extensas: & sic in fine Vesperarũ præcedente vexillo, & subsequente Pheretro in manibus, & non super humeros portato, ad Capellam maiorem veniant, vbi Pheretrum propè mediũ infimi gradus altaris super scabella ponant: statimq; Celebrans cum ministris Sanctũ Christi Corpus in Pheretro ponat super Aram sacram, clausoq; Pheretro, sint omnes genibus flexis cũ accensis cereis (exceptis, qui albis sunt induti): & quatuor religiosi ad id præparati decântent, Heu, Heu Dñe: Heu Heu, Saluator noster. O vos omnes, qui transitis per viã, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus. Quibus finitis, duo religiosi ad id assignati decântet Versum. Pupilli fa-
eti

Et sumus absq; patre, mater nostra
vidua.

Dum hic Versus decantatur, omnes surgant, & ordo processionis erit subsequens. Vexillū antè omnes præcedat, ipsumq; Cofraternitates accensis cereis sine Crucibus sequatur: deinde Subdiaconus portans Crucem Conuentus absq; manica, & religiosi omnes in suis Choris dispositi, coopertis capitibus, demissisq; oculis, & accensis cereis ordinatim subsequantur. In medio processionis duo simul religiosi incedant, Versus decantaturi, & in ipso sine, Pheretrum super humeros portantes, post hos, quatuor alij religiosi, qui Heu Heu, & cæt. decantare debent, hos subsequatur Celebrans, cum Diacono ad sinistrū latus, inter Acolythos, & omnes habeant capita cooperta. Post finem supra dicti Versus, Pupilli. &c. qui incedunt post Pheretrum, decantēt

Heu

Ceremonialis

Heu, Heu, Domine, Heu Saluator
noster, & statim Conuētus idē repe-
rat: & duo religiosi in medio ince-
dentes decātēt Vers. Cecidit coro-
na capitis nostrivæ nobis, quia pec-
cauimus (solum dum Conuentus, &
dicti duo religiosi decantant, om-
nes lento gradu procedant). Rur-
susq; incedentes post Pheretrum,
reperant, Heu, Heu, & cætera, alter-
natim cum Cōuentu, ad singulos se-
quentes versus. Vers. Spiritus cor-
dis nostri Christus Dñs, morte tur-
pissima condēnatus est. Ver. Defe-
cit gaudiū cordis nostri, versus est in
luctū chorus noster. Vers. Deserta
est omnis lætitia, translātū est gau-
diū terræ. Vers. Quis dabit capiti
nostro aquā, & oculis nostris fon-
tem lachrymarum. Vers. Et plora-
bimus die, ac nocte mortem Domi-
ni Dei nostri. Vers. Popule meus,
quid feci tibi, aut in quo molestus
fui, responde mihi. Vers. Mæstū fa-
ctum

Et cum est in dolore cor nostrum,
ideo contenebrati sunt oculi no-
stri.

Cum peruentum fuerit ad sepul- 5
chrum, vbi sanctissimū Christi Cor-
pus poni debet, omnes genua fle-
ctant, positoq; Pheretro super sca-
bella, propè medium infimi gradus
sepulchri, & dum decantant qua-
tuor religiosi Heu, Heu, & cæt. Ce-
lebrans Christi Corpus reuerenter
accipiēs ex dicta archula panno ni-
gro cooperta, in sepulchro supra
Aram sacram collocet: quo clauso,
decantetur.

Sepulto Domino, signarunt mo- 6
numentum, volentes lapidem ad
ostium monumēti, ponentes mili-
tes, qui custodirent illud.

Quibus peractis, Sacerdos ante 7
sepulchrū genibus flexis, voce parū
elevatione, dicat sequētes Versus, qui-
bus Cōuentus respondeat. Vers. In
pace

Cæremonialis.

pace factus est locus eius. Resp. Et habitatio eius in Sion. Vers. In pace in id ipsum. Resp. Dormiam, & requiescam. Vers. Caro mea. Res. Requiescet in spe. Oremus etiam, dicat genibus flexis, & sequentem orationem. ¶ Domine Iesu Christe, qui hora diei vltima, depositus de Cruce, in brachijs tuæ Sanctissimæ matris, (vt piè creditur) reclinatus fuisti: cuius animã gladius mortis tuæ pertransibat, quiq; post maternos amplexus, & amaros, ac lachrimosos singultus, in sepulchro reclusus triduo quieuisti: concede, vt qui tuã colimus passionem, ipsi deuictis hostibus, ab instãtibus malis, & à morte perpetua liberemur. Qui viuis, & regnas Deus in sæcula sæculorum. Resp. Amen.

- 8 Dicta hac oratione, extinctis cereis, omnes cum silentio, coopertis etiam capitibus, processionaliter, in Sacristiam reuertantur, subsequente

re Phetetro in manibus portato,
post quod Celebrans cum ministris
similiter incedat.

Caput Decimum quartum, De
Comédatione facienda in die Cō-
memorationis omnium fidelium
defunctorum.



M A C die, recitatis
ad Primam, omni-
bus horis Canoni-
cis, vsq; ad Nonā
inclusiue, factaque
prima pulsatione
ad Tertiā, omnes religiosi suis cap-
pis albis induti, propè Sacristiā cō-
ueniant, protinusq; Prælatus induat
Amictum, Albam, Stola, & Pluvia-
le pretiosum nigri coloris, & mini-
stri Dalmaticas eiusdem coloris: &
interim Sacrista omnia necessaria
in Capella maiori, & Adyto ipsius

præparet, ibidemq; cereos accendat: quibus paratis factaq; secunda pulsatione ad Tertiam, omnes processionaliter, sine Cruce præcedentibus Acolythis, Superpelliceo indutis, sine candelabris, ad Capellâ maiorem vadant, vbi protinus Cantor maior stans incipiat cum suo Socio decantare Responsum.

2 Subuenite Sancti Dei, & Conuentus prosequatur, Occurrite Angeli Domini, suscipientes animas eorū * Offerentes eas in conspectu altissimi. Rursus Cantores dicāt Versum: Chorus Angelorum eas suscipiat, & in sinu Abrahæ eas collocet, & Conuentus dicat * Offerentes eas in conspectu altissimi.

3 Postea Prælatus sine Dominus vobiscū, & sine Oremus, dicat. ¶ Tibi Domine cōmendamus animas famulorum tuorum, vt defuncti sæculo tibi viuant, & quæ per fragilitatē mundanæ conuersationis peccata

cata adunclum, ...
cordissimæ pietatis absterge. Per
Christum Dominum nostrum. Res.
Amen. Oremus. ¶ Misericordiam
tuam Domine Sancte Pater omni-
potens æterne Deus pietatis affe-
ctu rogare pro alijs cogimur, qui
pro nostris supplicare peccatis ne-
quaquam sufficimus: tamen de tua
confisi gratuita pietate, & solita be-
nignitate clementiam tuam depos-
cimus, vt animas famulorum tuorū
ad te reuertentes cum pietate sus-
cipias: ad sit eis Angelus testamen-
ti tui Michael, & per manus Sancto-
rum Angelorum tuorum, in sinibus
Abrahæ, Isaac, & Iacob Patriarcha-
rum tuorum eas collocare digne-
ris, quatenus liberatæ de Principi-
bus tenebrarum, & à locis pænarū,
nullis iam primæ natiuitatis vel ig-
norantiæ, aut propriæ iniquitatis,
seu fragilitatis confundantur erro-
ribus, sed potius agnoscantur à tuis,

Cæremonialis.

& sanctæ beatitudinis requie perfruantur: atq; cū magni Iudicij dies aduenerit, inter Sanctos, & Electos tuos resuscitata, gloria manifestæ contemplationis tuæ perpetuò facientur. Per Christum Dominum nostrum. Res. Amen.

4 Deinde Prælatus dicat, Suscipiat vos Christus, & Conuentus prosequatur, Qui creauit vos, & in sinu Abrahamæ Angeli deducant vos. Et Cætor maior incipiat Psalmum. 113. In exitu Israel de Aegypto: quæ Conuentus alternatim vsq; ad finem cū Requie æternam prosequatur, & interim omnes sedeāt, & prælatus cū ministris in scabello tapete ornato: finito Psalmo Prælatus stans dicat. Oremus. ¶ Omnipotens sempiternæ Deus, qui humano corpori animam, ad similitudinem tuam inspirare dignatus es, dū te iubente puluis in puluerem reuertitur, tu imaginem tuam cum Sanctis, & Electis
tuis

tuis æternis sedibus præcipias fo-
ciari, eamq; ad te reuertentem de
Ægypti partibus, blandè, leniterq;
fufcipias, & Angelos tuos sanctos ei
obuiam mittas: viamq; illi iustitiæ
demõstra: & portas gloriæ tuæ ape-
ri: repelle quæsumus ab ea, omnes
Principes tenebrarum, & agnosce
depositum fidele, quod tuû est: sus-
cipe Domine creaturam tuam, non
ex dijs alienis creatam, sed à te solò
Deo viuo, & vero, quia nõ est alius
Deus præter te Domine, & non est
secundum opera tua. Lætifica cle-
mentissimè Deus animas famulo-
rum tuorum, & clarifica eas in mul-
titudine misericordiæ tuæ, ne memi-
neris, quæsumus, iniquitatû eorum
antiquarum, & ebrietatum, quas
suscitauit furor mali desiderij: licet
enim peccauerint, tamè te non ne-
gauerunt, sed signo fidei insigniti te
qui omnia, & eos inter omnia feci-
sti, fideliter adorauerunt. Per Chri-

Hum Dominū nostrū. Resp. Amen.

5 Et statim Prælatuſ incipiat: Chorus Angelorū vos suscipiat: & Conuētus prosequatur: Et sinu Abrahæ vos collocet, & cum Lazaro quondam paupere æternam habeatis requiem. Deinde Cantor maior incipiat Psalmum. 114. Dilexi, quoniã exaudiet Dominus, quem Conuētus prosequatur vsq; ad finem: quo finito, non dicatur Requie æternã, & cætera. Sed statim sequentes Psalmi proferantur, sine Requiem æternã. Scilicet Psal. 115. Credidi propter quod locutus sum, Psal. 116. Laudate Dominum omnes gentes: Psal. 117. Confitemini Domino, quoniam bonus: & totus Psal. 118. Beati immaculati in vias: in cuius fine dicatur Requiem æternam, &c.

6 Dum hi Psalmi recitantur omnes sedent, quibus finitis omnes surgant, & Prælatuſ stans dicat. Oremus. ¶ Diri vulneris nouitate percussi,

cussi, & quodammodo cordibus
fauciti misericordiam tuam, mundi
Redemptor flebilibus vocibus im-
ploramus, vt charorum nostrorum
animas, ad tuam clementiam, qui
fons pietatis es reuertentes, blādè,
leniterque suscipias, & quas illæ ex
carnali contagione contraxerunt
maculas, tu Deus, solita benignitate
clemēter deleas, piè indulgeas, obli-
uioni, in perpetuum tradas, atque
has laudem tibi cum cæteris reddi-
turas, & ad corpus quandoq; reuer-
furas, Sanctorum tuorum cætibus
aggregari præcipias. Qui cum Deo
Patre, & Sancto Spiritu viuis, & reg-
nas Deus. Per omnia sæcula sæcu-
lorum. Resp. Amen. Deinceps Præ-
latus dicat: Pater noster. Vers. Et ne
nos inducas in tentationem. Resp.
Sed libera nos à malo. Vers. Nō in-
tres in iudicium cum seruis tuis Do-
mine. Resp. Quia non iustificabitur
in conspectu tuo omnis viuēs. Ver.

Ceremonialis

A porta Inferi. Resp. Erue Domine
animas eorum. Vers. Domine exau-
di orationem meam. Resp. Et cla-
mor meus ad te veniat. Vers. Domi-
nus vobiscum. Resp. Et cum spiritu
tuo. Oremus, ¶ Partem beatæ re-
surrectionis obtineant, vitamque
æternam habere mereantur, in cœ-
lis. Per te Christe Iesu, Saluator mû-
di, qui vivis & regnas Deus, per
omnia sæcula sæculorum. Respon.
Amen. Oremus. ¶ Deus, cui soli
competit medicinam præstare post
mortem, præsta quæsumus, vt ani-
mæ famulorum tuorum, terrenis
exutæ contagijs, in tuæ redemptio-
nis parte numerentur, ¶ Fidelium
Deus, omniû Conditor, & Redem-
ptor animabus famularum, famula-
rumque tuarum, remissionem cun-
ctorû tribue peccatorum, vt indul-
gentiam, quam semper optauerunt
pijs supplicationibus consequantur.
Qui vivis, & regnas Deus, per om-
nia



Liber Secundus.

nia sæcula sæculorum. Resp. Amē.
Vers. Requiescant in pace. Respon.
Amen.

His finitis, Prælati, exuto Plu-
uiali, acceptoque Manipulo, & Ca-
sula Missam Conuentualem inci-
piat, quæ ibidem à Conuentu decan-
tetur: & ipsa finita, processio ordi-
netur pro defunctis, vt fieri solet
per Annum, in ferijs secundis.

Alia omnia hîc non assignata,
quæq; ad Horarum Canoniarum,
& Missarum celebrationem neces-
saria fuerint, pro vt in Breuiario, &
Missali Romano, disponuntur, inte-
rim obseruentur: speramus namq;
forè vt Deo iuuante, cum per tem-
pus licuerit, eadem à nobis in librū
digesta, typis mandentur.

LAVS DEO.

C O E R E M O N I A L E
habet duos Libros. Primus ha-
bet viginti capita. Secundus
quatuordecim.

Liber Primus.

¶ Caput Primum De Forma gene-
ralis Absolutionis. Fol. 3.

*In sequenti oratione non dicitur,
Oremus. fo. 6.*

Caput. 2. De Forma Absolutionis
plenariæ in Articulo mortis. fo. 7.

Caput. 3. De Forma Absolutionis
Maioris Ministri, seu Generalis,
vel Prouincialis, bidem.

Caput. 4. De Forma Absoluend' pro
illis qui habent indulgentiam eli-
gendi sibi semel tantum cōfesso-
rem, qui eos absoluat ab omni
casu, etiam pertinente ad Pa-
pam. fo. 8.

2
Caput. 5. De Forma Absoluendi à
minori Excōmunicatione. fo. 9.

Caput. 6. De Forma Absoluendi
Excommunicatum ab Excom-
municatione maīori. ibidem.

Caput. 7. De Forma ordinaria absol-
uendi à peccatis. fo. 10.

Caput. 8. De Forma recipiendi No-
uitij. fo. 11.

Caput. 9. De Forma Professionis.
fo. 14.

*In infra positis Orationibus, & in
Versibus supra scriptis (si plures
fuerint nouiter Professi) quod est
in singulari, dicatur in plurali.
fo. 18.*

Caput. 10. De forma Literarum
Fratrum Ordinis Sanctissimæ Tri-
nitatis. fo. 20.

Cap. 11. De Forma Orationis Men-
talis, & Deprecationum. fo. 22.

Caput. 12. De Forma Professionis
Fratris Laici. fo. 25

25
Capnt. 13. De modo ministrandi Sa-
cramentū Eucharistiæ Religio-
sis. fo. 26.

Caput. 14. De Forma ministrandi
Sacramentum Eucharistiæ Laicis.
fo. 28.

Caput. 15. De Forma ministrandi
Sacramentum altaris Religiosis
infirmis. fo. 30.

Caput. 16. De Forma ministrandi
Religiosis infirmis Sacramentum
extremæ Vnctionis. fo. 34.

Caput. 17. De Forma commenda-
tionis animæ. fo. 43.

*Deinde cum in agone sui exitus ani-
ma anxiatur dicantur sequents
orationes. fol. 45.*

*Egressa autem anima dicitur hoc,
Resp. fo. 49.*

Caput. 18. De Tumulatione Reli-
giosi defuncti. fo. 50.

Caput. 19. De Tumulatione defun-
cti sæcularis. fo. 64.

Caput. 20. De Tumulatione Parnu-
lorum. fo. 67.

LIBER SECVNDVS.

¶ Caput Primum. De modo reci-
piendi Reuerēdissimum Patrem
nostram Generalem. fo. 1.

Caput. 2. Qualiter recipi debeat,
Rex, Princeps, vel Regina, vel
Episcopus proprius, aut Legatus
Apostolicus. fo. 2.

Caput. 3. De modo Processionis,
quæ fieri debet in secundis ferijs,
post Missam maiorem pro defun-
ctis, in Ecclesia, & per Claustrum.
fo. 4.

Caput. 4. De Processionibus. fo. 8.

Capu. 5. De Benedictionibus. fo. 9.

Caput. 6. De Capitulo Magistrino
uitiorum. fo. 10.

Caput. 7. De Officio Cantorum.
fo. 12.

Caput. 8. De tempore pulsandi ad
ho-

horas. fo. 15.

Caput. 9. De modo pulsandi ad Ho-
ras. fo. 17.

Caput. 10. De Cœremonijs in Cho-
ro obseruandis. fo. 17.

Caput. 11. De Vesperis solennibus,
& alijs. fo. 22.

Cap. 12. De Cœremonijs obseruan-
dis in feria quinta Cœnæ Domi-
ni. fo. 23.

De Communione eiusdem diei. ibidē.

De Mandato Pauperum. fo. 24.

De Mandato Religiosorum. fo. 27.

Caput. 13. De Processione facien-
da feria Sexta in Parasceue, im-
mediatē post Vesperas. fo. 29.

Caput. 14. De Commendatione fa-
cienda in die Commemoratio-
nis omnium fidelium defuncto-
rum. fo. 32.

17.
Capitulum De modo pugnandi ad Ho-

18.
Capitulum De tormentis in Cho-

19.
to observandis fo. 17.

20.
Capitulum De Vespertis solcanibus

21.
& alijs fo. 22.

22.
Capitulum De tormentis observan-

23.
dis in terra quibus Cora Dorni-

24.
ni fo. 23.

25.
De Commissione eiusdem districtus

26.
De Mandato Imperatoris fo. 24.

27.
De Mandato Regis fo. 27.

28.
Capitulum De Processione facta in

29.
datis sex in Parascenis im-

mediate post Vespertis fo. 29.

Coeremonialis Errata.

Liber Primus.

| ol. | Pag. | Lin. | Errata. | Lege. |
|-------|------|------|---------------|----------------|
| 4 | 1 | 4 | redimisti | redemisti |
| 4 | 1 | 19 | secreto | secretò |
| 10 | 1 | 8 | de præcationē | deprecationē |
| 10 | 2 | 11 | remissionem | remissionem |
| 10 | 2 | 12 | miffericors | mifericors |
| 17 | 1 | nu. | | 15 |
| 15 | 2 | 16 | Praelato | à Prelato |
| 15 | 2 | 22 | celebraturis | celebraturus |
| 17 | 1 | 18 | spectatione | expectatione |
| 21 | 1 | 21 | ordene | ordine |
| 26 | 1 | 2 | ministandi | ministrandi |
| 28 | 1 | 23 | dimiffis | demiffis |
| 32 | 2 | ti. | coeremñialis | coeremenñialis |
| 38 | 2 | 9 | Pfamum | Psalmum |
| 39 | 1 | 17 | Domine in | Domine ne in |
| ibid. | 13 | | nostruum | nostrum |
| 43 | 1 | 16 | lacrimosa | lichrimosa |

| Fol. | Pag. | Lin. | ata. | Leg. |
|-------|------|------|---------------|---------------|
| 43 | 2 | 10 | Decimmm | Decimum |
| 49 | 2 | 4 | Kyrieleyfō | kyrie eleison |
| 50 | 2 | 10 | Puluiali | Pluuiali |
| ibid. | | 19 | accensis | accensis |
| 57 | 1 | 15 | ne uos | nenos |
| ibid. | 1 | 17 | iuditium | Iudicium |
| 56 | 1 | nu. | | 59 |
| 59 | 2 | 13 | tradditur | traditur |
| 61 | 1 | nu. | | 62 |
| 62 | 2 | 10 | in enarrabili | inenarrabili |
| 65 | 2 | 1 | in sigintus | insignitus |
| ibid. | | 19 | peccatamea | peccatamea |
| 67 | 2 | 11 | comendet | commendet |
| ibid. | | 16 | auferat | auferant |

Liber Secundus.

| Fol. | Pag. | Line. | Errata. | Leg. |
|-------|------|-------|--------------|--------------|
| 5 | 2 | 20 | kyrie eleyfō | kyrie eleifō |
| ibid. | | 21 | Chreeleyfō | Chre eleifō |
| ibid. | | 22 | kyrie eleyfō | kyrie eleifō |
| 9 | 1 | nu. | | 6 |
| 6 | 2 | 2 & 3 | disceserūt | discesserunt |

Fol. Pag. Lin. Errata.

bid. 2 21 præcipisti
 13 2 10 religiosis
 15 1 15 hararum
 16 1 12 recitatur
 21 1 2 nostrum
 ibid. 7 flexis
 23 1 18 Pluualia
 ibid. 2 13 accipiendum
 ibid. 18 obseruetur
 24 2 12 Acolytis
 26 2 4 et exteriora
 24 1 nu.
 33 1 23 confundatur
 34 2 4 sinu
 ibid. 20 dicatur
 35 1 14 catibus

Lege:

præcepisti
 religiosos
 horarum
 recitatur
 nostrum
 flexis
 Pluualia
 accipiendum
 obseruetur
 Acolytis
 exteriora
 30
 confundatur
 in sinu
 dicatur
 coetibus

| | | | |
|----|----|----|----|
| 1 | 1 | 1 | 1 |
| 2 | 2 | 2 | 2 |
| 3 | 3 | 3 | 3 |
| 4 | 4 | 4 | 4 |
| 5 | 5 | 5 | 5 |
| 6 | 6 | 6 | 6 |
| 7 | 7 | 7 | 7 |
| 8 | 8 | 8 | 8 |
| 9 | 9 | 9 | 9 |
| 10 | 10 | 10 | 10 |
| 11 | 11 | 11 | 11 |
| 12 | 12 | 12 | 12 |
| 13 | 13 | 13 | 13 |
| 14 | 14 | 14 | 14 |
| 15 | 15 | 15 | 15 |
| 16 | 16 | 16 | 16 |
| 17 | 17 | 17 | 17 |
| 18 | 18 | 18 | 18 |
| 19 | 19 | 19 | 19 |
| 20 | 20 | 20 | 20 |
| 21 | 21 | 21 | 21 |
| 22 | 22 | 22 | 22 |
| 23 | 23 | 23 | 23 |
| 24 | 24 | 24 | 24 |
| 25 | 25 | 25 | 25 |
| 26 | 26 | 26 | 26 |
| 27 | 27 | 27 | 27 |
| 28 | 28 | 28 | 28 |
| 29 | 29 | 29 | 29 |
| 30 | 30 | 30 | 30 |
| 31 | 31 | 31 | 31 |
| 32 | 32 | 32 | 32 |
| 33 | 33 | 33 | 33 |
| 34 | 34 | 34 | 34 |
| 35 | 35 | 35 | 35 |
| 36 | 36 | 36 | 36 |
| 37 | 37 | 37 | 37 |
| 38 | 38 | 38 | 38 |
| 39 | 39 | 39 | 39 |
| 40 | 40 | 40 | 40 |
| 41 | 41 | 41 | 41 |
| 42 | 42 | 42 | 42 |
| 43 | 43 | 43 | 43 |
| 44 | 44 | 44 | 44 |
| 45 | 45 | 45 | 45 |
| 46 | 46 | 46 | 46 |
| 47 | 47 | 47 | 47 |
| 48 | 48 | 48 | 48 |
| 49 | 49 | 49 | 49 |
| 50 | 50 | 50 | 50 |



